



Ag. Tz. unter
Bellenden, Williana

He. 55.

D.

R
R
C
re
ijs
ni

I

CICERONIS
PRINCEPS,
RATIONES, ET
CONSILIA BENE GE-
rendi, firmandique imperij: ex
ijs repetita, quæ ex Ciceronia-
nis defluxere fontibus, in libros
XVI. de Statu rerum Rom.
qui nondum lucem
acceperunt.



LIPSIAE
Imprimabar **LAGRENTIUS**
COSER, Impensis Henningij
Grossij junioris.

ANNO MDCXV.





AD INCLITUM,
Serenissimumq; Principem
HENRICUM, Princi-
pem Scotiae, &
VValliae.

Uli clavum
imperij te-
nuere (Prin-
ceps Serenissime) re
complexi fuisset gra-
vem, se dignam, mul-
tis utilem : si non a-
cta modò, ut reges
Persarum, sed obser-

A 2

va-

vata in usu & ratione
imperandi, naturaq;
populi, & à successo-
ribus tenenda, scrip-
tis tradidissét. Nam,
quæ præclarè gerunt
Imperantes, ævi pu-
tantur unius : quæ
usu, tractandoq; per-
cepta scribunt, &
adornant monitis,
utilitatē habent per-
manentem, & plen-
am auctoritatis.
Sed qui hæc præsti-
terit, in annaliū mo-
numen-

numentis quæro, nō
invenio principem.
Augustum video Cœ-
farem libellum sua
scripsisse manu de vi-
ribus, atque opibus
Imperij: ejus exem-
pli Caligulam, &
Cosmum Ducē He-
trutriæ ærarij tabu-
las confecisse: Caro-
li quinti admonitio-
nem factam filio in
regnorum renuncia-
tione celebrem ha-
beri: plures in mor-

A 3 te

te præcepta dedisse
liberis. At qui vale-
tudine firma , ætate
florente regnandi
præscripta filio tra-
diderit, aut in ijs, quæ
desideramus, elabo-
rârit , si ab Augusto
Parente tuo discel-
serimus , habemus
neminem. Hæc sin-
gularia suspicimus;
illa omissa dolenter
ferimus : & simul
querimur nulla exta-
re de Rep. & Impe-
rio

rio scripta veterum,
qui publica tracta-
runt gubernacula,
præter quædam va-
gè sparsa in Cicero-
ne : quæ ne inhono-
rata maneant, & de-
pressa mole ejus ope-
rum , se efferunt : &
velut animulæ reli-
ctis corporibus in lu-
cem excedunt : ad
tuam festinant , du-
ctu principis , qui ijs ,
quasi manipularibus
dispositis sub signis

xxiiii. agmine qua-
drato ad te profici-
citur: ut te Impera-
tore mereat, ac te-
stetur, mihi non de-
esse voluntatem, ad
ea præstanta, quibus
obstringor, ut

Omni nexu, &
usu Tuus

G. BELLENDENUS.

DE PROCES-
SV , ET SCRIBI-
ptoribus Rei po-
liticæ.

VM'ANVS
animus ex se pu-
rus , simplex ,
immortalis , &
quasi divinæ naturæ par-
ticeps , vi & natura sua
prompta , celeri , expedi-
ta , admirabiliter se inji-
cit , ac intendit in immen-
sum : omnia penetrat , am-
bit , investigat : aeterna
meditatur & concupiscit :
ac licet sit finitus partem

De process. & script.

capit nullam quietis, nisi in infinito ; quod ipsum numē est divinum , in quo solo, tentatis rebus omnibus, aco quiescit. Sed in domicilio habitans crasso , terreno, humili, contaminari cūm se patitur, & deprimi materie, qua cingitur contagione, parvōq; impulsu sensuum , ab excellentia sua discedit , dilabitur ad abjecta, &

Acclivis falsis meliora refusat.

Nam cūm corporata sensus moveant, & quæcident, & crientur , in eisdem

conf-

Rei politice.

consistant : illa principiis suffusa æternitati contrariis , ad res objectas specie pulchras, laudabiles, oblectantes se convertunt , & eodem secum trahunt animos, pulsu visionum è sensibus fluentium. Hinc motus aversi à natura , ab æternitate, à ratione, &

Edulcare placet vitam,
Curásque acerbas sensibus gubernare.

Hinc animi à suis decepti nuncijs, ab infinita æternaque natura abducti , in re mutabili hærent, laborant occupantur, ac errantes

tes

De processu & script.

tes & illusi, vel secum dis-
cordant, vel languescunt,
vel motus habent intem-
perantes: quales tum præ-
cipue crient, cum ad res flu-
xas, quæ titillant, & de-
lectant maximè, feruntur,
quasi ad perennes: aut ef-
frenati incitantur ad com-
movenda præsidia utilita-
tis humanæ, vitæque com-
munis. Quod genus mo-
tionum, ut est pernicioſi-
mum, ita bis opposita à
veteribus propugnacula
quietis & otij, in bonis
sunt ducenda summis: ut

natu-

Rei politica.

naturæ accommodata maxime, & se atollentia ad omnia providentem, & regentem Deum: ejusque imitantia bonitatem erga universum genus hominum. Et vero, hæc ad divina cum accederent, & a priscis manarent: qui, quo propius aberant abortu, hoc melius, quæ erant tenenda, cernebant: posteriorum error, qui ad impietatem incubuerat, & beneficiis virorum excellentium tribuerat cœlestia, illis nomina affinxit.

B

C

De processu & script.

& numina Deorum. Immo, ut fabula fabulam pererat, invasit in quorundam animos opinio, initia vita atq; virtus: legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla, quæ nepotibus sunt ascribenda. Noë, hominibus & civitatibus à Cerere & Libera, quas pro Divis habuerant, data ac dissiprita fuisse. Interea, et si pietatem vincet impietas, & in immoderata licentia fingenti, scribendiq; antiqui feredentes, præter Hebræos, (a-

pud

Rei politice.

pud hos enim vetita erant
simulachra, nec cuivis per-
missum scribere) somnia
pro religionibus exciperet,
ac multa cumularent ne-
farijs, cessit tamen in mul-
tis humanitati barbaries:
atq; ab illis initia progres-
sum est ad maiora: quæ post
Moysen tentarunt scriptis
primi Phœnices, Aegyptij,

Se-
rius Græci; qui diu sub re-
gibus, sine ipso legū nomi-
ne; tandem à Draconе ex
Phœnicibus scriptas acce-

De processu & script.

perunt leges, consulta à philosophis : qui tunc politici appellati, à rebus publicis nomen habuere : post à loco, vel auctore, cùm dissociati à disertis, his iter reliquerant ad remp. de qua nunquam idem Graci: cùm à variis variae adumbratæ fuerint rerump. & regnorum formæ : ut ab Hippocrate, Phalea, Sthenida, Diotogene, Ecphantæ, Platone, Aristotele, Theophrasto : ab aliis leges scriptæ populis : ut à Zaleuco Locris, à Charon-

da

da suis, à Philolao Theba-
nis: ab aliis resp. ac impe-
ria constituta: ut à Solone
Atheniensium, à Lycurgo
Lacedemoniorum respub-
lica. Quibus tamen laus
danda est, quòd planè, &
sine pigmentis comprehen-
derint omnia, quæ ad con-
suetudinem vitæ, & usum
civium pertinerent. Nam
(ut ait noster) qui iura,
qui leges, qui civitates
constituerunt, locuti sunt
simpliciter, & splendide.
sine ulla serie disputatio-
rum, & sine jejuna con-

De process. & script.

certatione verborum: id
modò spectantes, ut funda-
menta poneretur tranquil-
litas, atque pacis: ac, ut
vincula conjunctionia hu-
manæ revulsa motibus, so-
luta casibus, mutationibus
abrupta, cōcussa extreme-
facta vi, firmarentur, ju-
varenturq; consilijs, quæ
spectarent futurum omne
tempus humanæ societatis.
Qui in his elabprarūt usū,
audio, & scriptis, ex He-
breis habemus Mosen: &
Græcis, qui extet, nullum:
nisi exceperis Xenophontē,

aut

ant fragmenta scriptionum
Solonis, Charondæ, Zaleuci:
cum tamen, qui utraque re
excelleret, ut, & doctrinæ
studiis, & regenda civitate
princeps esset, non alium
Cicero putavit facile in-
veniri posse, quam Phale-
reū illum Demetrium: qui
doctrinam ex umbraculis
eruditorum in solem aci-
emq; produxerat. Itaque
in hoc genere nō pono Græ-
corum in scribendo princi-
pes Platonem, Aristote-
tem, Theophrastum: ne
alios memorem imitatores

De processu & script.

Hippodami, qui primus ex
ijs, qui remp. non admini-
strarunt, cæpit de rep. scri-
bere. Ex Latinis præter Ci-
ceronem reperies neminem.
Is in rep. versatus, va-
lens ingenio, usu, & do-
ctrina scripsit de rep. li-
bros sex, de legibus quin-
que, & incertum. Præ-
terea Epistolam ad Q. fra-
trem ingenio dignam civili-
aliam ad Cesarem medita-
batur etiam nouitie quæ-
dam & modis innotigæ ad
Dolabellam: & hæc consi-
lio Attici: at eorum forte

exem-

Reipolitice.

exempto, qui suasionibus
Alexandrum incensum
cupiditate gloriae, cupien-
tem aliquid sibi consiliij da-
ri, quod ad laudem sem-
piternam valeret, cobor-
tabantur ad decus. Sed
illa ad Cæsarem non per ve-
nerat, nec prodijt in lu-
cem, quod Hircio, Balbo,
Oppio Cæsarianis non pla-
ceret. Cætera etiam hu-
jus generis præter tres li-
bros mutilos de legibus,
et epistolam ad fratrem
interciderunt. In ijs ta-
men scriptis, quæ ad poste-

B. 5 rita-

De process. & script.

ritatem transmissa sunt,
sparsa remanent vestigia
plurima antiquitatis, hi-
storiæ, legum, disciplinæ,
status reip. Rom. quæ in
ordinem confecta anno-
rum 1000. fiximus in li-
bros XVI. lucem expectan-
tes. Interea exit ab his prin-
ceps, eodem elaboratus stu-
dio, & stilo: ac conforma-
tione non ita veteris me-
moriae, ut sit aliena ab usu
nostræ ætatis: nisi me fallat
temporibus decursa aspe-
ris, & observatio variorū
in his casuum: ac simul ex-

peri-

Rei politicae.

perientia, ad quam navata
in mandatis suæ majestatis
opera me sœpè excitavit.
Sunt in hoc scriptore multa
de administratione urbana
& provinciali Rom. plu-
ra ab his remota: quæ, ut
Enniana, in una re posita,
ad multas transferri pos-
sunt. Horum nonnulla, per
me ad usum accommodata
reip. & cum illis sociata
nexa q̄s meis, ac simul o-
mnia in capita civilis con-
gesta disciplinæ, non offend
gñarum, quò pertine-
ant, & quam intueantur

ur-

De proc. & scrip. ref pol.

artem, atque prudentiam.
Alij quibus sunt stirpes al-
tæ suarum opinionum, su-
os habituri sunt amores,
sua judicia: quorum neque
accessione illustriora, neq;
decessione ignobiliora ista
sunt futura, ut verò pla-
ceant ijs, quibus me, mea-
que omnia probare debeo,

Hoc votum nostri
summa laboris
habet.

Ci-

I.



CICERONIS PRINCEPS: RA- tiones, & consilia benè gerendi firmandiq; im- perij, &c.

De excellentia principatus
& imperij: causa, at-
que origine vita civili,
juris rerump. civita-
tum, vrbium.

CAPUT I.



MNEM naturam
necessit est, quæ
non solitaria sit,
neq; simplex, sed

Princ-
pasus ali
quis in
omni se-

C cum

re natu-
ra.

Imperi-
um ad
natur
uq ue
vita ap-
tum, &
necessar
rium.

cum alio conjuncta atque
connexa, habere aliquem
in se principatum : ut in
homine mentem, in bellua
quiddam simile mentis,
unde oriantur rerum ap-
petitus : in republica ma-
gistratum. ut praesit praes-
cribatque recta, &c utilia,
& conjuncta cum legibus.

Nihil porro tam aptum
est ad jus conditionemque
naturae, quam imperium:
sine quo, nec dominus ulla,
nec civitas, nec genus, nec
hominum universum ge-
nus stare, nec rerum natu-
ra omnis, nec ipse mundus
potest. Nam & hic Deo

parte

paret , & huic obediunt
maria, terra&que, & homi-
nom vita iussis supremæ
legis obtemperat, ac se re-
gi patitur imperijs.

Ad hæc verò , quum se
benevolentia applicat, &
adjungit , firmamentum
affert stabilitatis ejus , quā
in principatu quæriimus.
Non est enim inhumana
virtus , neque immanis ,
neque superba , quæ ad-
iutrix naturæ populos u-
niversos tueri , eisque op-
timè consulere soleat : ve-
lut salutare dominatus re-
gij , & societatis humanæ
præsidium , conciliatrix.

Princi-
patus fir-
mamen-
tum, &
vinculū,
benevo-
lentia.

Vide ex-
emplum
in An-
ton. Pi-
etas aut
in Coron
virtut.

pag. 139

& vinculum à natura
constitutum.

Vita a-
grestis
sine reli-
gione,
iure, &
princi-
patu.

Fuit quondam tempus,
cum in agris homines pa-
sim bestiarum more vaga-
bantur, & sibi vietu ferino
vitam propagabant, nec
ratione animi quidquam,
sed pleraque viribus cor-
poris administrabat. Non-
dum divinæ religionis,
non humani officij ratio
colebatur. Nemo legitim-
as viderat nuptias, nec
certos quisquam inspexe-
rat liberos: non jus æqua-
bile, quid utilitatis habe-
ret, acceperat: ita propter
errorem atque inscienti-

am

am cœca ac temeraria do-
minatrix animi cupiditas
ad se explendam viribus
corporis abutebatur, per-
nicioſiſtimis satellitibus.
Qui igitur priuvi virtute &
confiſio præſtantि extite-
runt, iij perspecto genere
humanæ docilitatis, atque
ingenij, dissipatos unum
in locum congregarunt,
eosque ex feritate illa ad
iustitiam atque mansuetu-
dinem traduxerunt. Tum
res commenem utilitatem
continentes, quas publi-
cas appellamus, tum con-
venticula hominum, quæ
postea civitates nomina-

Initia
vita ci-
viliſ ſu-
rū, re-
rump. es-
titatum
e urbs.
um.

Prop.
Sert.
Horat.
Sat. 3.
Conn.
1. Conn.
7.

C 3 tæ

tæ sunt , tum domicilia
conjuncta , quas urbes di-
cimus , invento & divino
jure , & humano , mœni-
bus seplerunt .

De præstantia regalis impe-
rij ; causa , & origine
regum , atque legum .

C A P . II .

*Imperi-
um re-
gium in
usu apud
omnes
veteres.*

A Tque , ut ad citeriora
veniam , & notiora
nobis : Omnes antiquæ
gentes regibus quondam
paruerunt , quod genus
imperij , primū ad ho-
mines iustissimos defere-
batur , idque in republica-

no-

nostra maxime valuit,
quoad ei regalis potestas
præfuit: deinde etiam de-
inceps posteris tradeba-
tur: quod &c. in his etiam,
qui nunc regnant, manet,
cum purpura & sceptro, &
illis insignibus, quæ ad
regum statum pertinent.

Ac inibi quidem non
apud Medos solum (ut ait
Herodotus) sed etiam a-
pud majores nostros fru-
endæ justitiæ causa viden-
tur olim bene moderati
reges constituti. Nam
cum premeretur initio
multitudo ab ijs, qui ma-
jores opes habebant, ad

Curre-
ges con-
stituti?
Cic. 2.
offic.

*Cornn.**1. Com.**7.**Eadem
causa le
gū, que
regum.*

unum aliquem confugie-
bant virtute præstantem;
qui cùm prohiberet inju-
ria tenuiores; æquitate
constituenda, summos
cum insimis, pari jure re-
inebat. Eademque con-
stituendarum legum fuit
causa, qnæ regum: jus e-
nim semper est quæsitum
æquabile, neque enim ali-
ter esset jus; id, si ab uno
justo & viro bono conse-
quebantur, eo erant con-
tentí: cùm id minus con-
tingeret, leges sunt in-
ventæ, quæ cum omni-
bus semper una atque ea-
dem voce loquerentur.

Ergo

Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia magna esset opinio multitudinis: adjuncto vero, ut idem etiam prudentes haberentur, nihil erat quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur.

Iustis &
pruden-
tibus
imperia
data a-
pud ve-
teres.

*De difficultate regnandi:
fundamentis & arti-
bus recip. atque imperij.*

CAP. III.

Quibus autem regia potestas non placuit,

C 5 non

*Qualis
& quan-
ti sit
princi-
pis, fir-
mu m &
duntur
num red-
dere im-
perium?*

*Funda-
menta
reip. &
imperi.*

non iij nemini , sed non
semp[er] uni parere volue-
runt. Quare cūm perma-
gni hominis est , & ipsa
natura moderati, tūm ve-
rō etiam doctrina atque
optimarum artium studi-
is eruditi , sic se adhibere
in tanta potestate, ut nulla
alia potestas ab ijs , quibus
præsit , desideretur. Est
enim ars difficilis , recte
remp. regere , imperio
præesse.

Hujus autem hæc fun-
damenta sunt, hæc mem-
bra, quæ tuenda principi-
bus, & vel capitis pericu-
lo defendenda sunt: reli-

gio,

gio, potestates magistra-
tuum, Senatus auctoritas,
leges, mos majorum, ju-
dicia, jurisdictio, fides,
provinciae, socij, imperij
laus, res militaris, ærari-
um.

Duae sunt artes, quibus
hæc præstari, & omnia
quæ sunt in imperio atque
statu defendi putantur,
scientia imperandi & ad-
ministrandæ reip. disci-
plina.

Quarum altera utilem,
& valde necessariam prin-
cipi continet doctrinam
de exercitu, de castris, de
agminibus, de signorum

*Duae ar-
tes Poli-
tice.*

*Ars
Impera-
toris.*

col-

collationibus, de oppido-
rum oppugnationibus, de
commeatu, de insidiis fa-
ciendis, atque vitandis:
de reliquis rebus, quæ
sunt propriæ belli admi-
nistrandi.

Ars re-
ctoris
reip.

Altera necessitatem ha-
bet non minorem, utilita-
tem saepe majorem: cum
ei quasi materies quam
tractet, & in qua versetur,
subiecta sit rerum civili-
um prudentia, juris publi-
ci auctoritas, monumenta
rerum gestarum, vetusta-
ris exempla, & res cæte-
ræ, quibus reip. utilitas
paratur, augeturque.

Iam

Iam verò ista licet posita sint in præceptis, tamen his in omnes partes usus viræ politicæ conformari nequit: cum oporteat, quæ sunt in fortuna, temporibus regere, consiliis providere, more nostrorum: qui semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodarunt.

Ita hæc, quæ statuitur prudentia in rebus publicis, paratur, & acquiritur, non alicujus quotidiana loquacitate, non ex scholis cantilena, non in libris adumbrata rep. sed rerum

Vsus vi-
te politi-
cae.

Pruden-
tia poli-
tica, qui
bus mo-
dis pare-
tur.

notitia maximarum, multarum memoria, usu plurimorum negotiorum, exercitatione assidua, & illa gravissimi usus disciplina, quæ perficitur observatione diurna rerū, quæ professa solēt, aut obessa reip.

De principiis officio in genere : quæ is scire, præstare, cogitare debeat.

CAP. IV.

*Principis cura
in summa re-
rum.*

HABENT, quæ eō pertainent, varios actus, & consiliorum, & temporum in summa rerum administranda :

stranda: & hæc gravem
curam diligentiamq; desiderat,
quam ipse princeps
sustinet.

Nam cum dirigi forma-
tiq; debeat consilijs atque
factis honestis, & utilibus:
eluceat in iis oportet prin-
cipis ingenium, atque vir-
tus.

Etenim, ut salvum sit im-
perium, prudentia , quæ
in delectu bonorum & ma-
lorum cernitur , acuenda
erit in consilijs advocan-
dis , habendis , dimitten-
dis, petendis , dandis , ca-
piendis, coiununicandis ,
mutandis, abjiciendis : at-

Pruden-
tia in
quibus
acuen-
da?

que etiam in actionibus,
& negotiis suscipiendis,
exequendis, committen-
dis.

*Quid sit
nosse
remp.*

*Aprin-
cipe te-
nenda?*

Quæ omnia, cum sint
de rep. caput est nosse
rempub. idque latè patet,
quid habeat militum, quid
valeat ærario, quos soci-
os resp. habeat, quos ami-
cos, quos stipendiarios,
qua quisque sit lege, con-
dizione, fœdere: tenere
consuetudinē decernen-
di, nosse exempla majo-
rum, causam imperij, jura
publica, mentem, morem,
disciplinam reip.

Vt enim gubernatori

cur-

cursus secundus, medico
salus, imperatori victoria:
sic moderatori reipub. be-
ata civium vita proposita
est: ut opibus firma, copi-
is locuples, gloria ampla,
virtute honesta sit. Hujus
enim operis maximi inter
homines atque optimi,
principes esse effectores
volo.

Non animadvertisunt
omnia: si scientes præter-
mittunt, magna culpa est,
& rei finit alienæ, si pro-
videre potuit, ne existe-
ret. Culpa autem nulla
est, cum id, quod ab ho-
mione non potuerit provi-

Quid
modera-
tori reip
proposi-
tum.
lib. 6. de
Rep.

Quando
contra-
bitur
culpa?

Quae de-
sideran-
tur à
principe

deri, evene rit. Quod per-
sæpe sapientissimis viris
accidit, ut quemadmodum
gubernatores optimi vim
tempestatis : sic illi fortu-
næ impetum superare non
possent. Sed hanc pauci-
ducunt rationem : omnia
desiderantur ab eo, tan-
quam nihil denegatum sit
ei, quòminus omnia posset
qui publico negotio præ-
positus est.

Condi-
tiones.
admini-
stranda-
rum pro-
vincia-
rum.

Quid referam oculos ad
conditiones miseras ad-
ministrandarum provin-
ciarum ? in quibus dili-
gentia plena simultauim
est, negligentia vitupera-
tionum ;

tionum : ubi severitas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assertatio perniciosa : frons omnium familiaris , multorum animus iratus : iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ : venientes prætores expectant, præsentibus inserviunt, abeanteis deserunt.

Multa hujusmodi evenient summis principibus. Sed ipsorum est, quod virorum fortium , virtute præstare tantum , ut possint fortunæ calpam non extimescere , rectè vereq; sentire, & sapienter facere,

Virtus à
principe
præstan-
da.

non minus multa , quam
fortiter.

Virtus
non pō-
deranda
eventis.
pro Rab
Ep. 1.
fam. 7.
Ep. 9.
pist. ad
Att.

10.

Nam etsi plerique con-
silia eventis ponderent , &
cui benē quid processerit,
multūm illum providisse:
cui secus nihil sensisse di-
cant: inhi semper persua-
sum fuit, non eventis , sed
factis , cujusque virtutem
& fortunam ponderari.

Quis poterit omnia
perpetua præstare reip. ?
sic clavum imperij tenere,
& gubernacula tractare
in omni cursu & fluctibus,
ut adversa tempestate in
alto non jactetur , & flui-
tet ?

Tu

Tu da operam, ut navem
rectâ teneas : utinam pro-
spero cursu. Sed ubi cunq;
venti erant, sat, si ars tua
non aberit, quid enim a-
liud præstare virtus pot-
est.

Ars à
virtute
præstan-
da.

Nunquam desine, sive
intendas rebus animum ,
sive relaxes , & remittas ,
considerare , quem teneas
principatum : quâ partum ,
auctum , & retentum ma-
jorum virtute , solicitu-
dine , gloriâ : quâ servan-
dum administrandum , &
firmandum tua.

Cogita-
tio prin-
cipis in
tribus
desigen-
da.

Noctu ambulabat in
publico Themistocles ,
D 9 quod

Cur de
noëte
vigilet

*Themi-
stocles?*

quod somnum capere non
posset; quærentibusque
respondebat, *Mit iadis tro-
phæ is se è somno excitari.*

*De prudentia tenenda in
deliberationibus, consiliis
& actionibus.*

CAP. V.

*Princi-
pia &
media
delibe-
randa,
conside-
randa.*

VT benè provisa & di-
ligenter explorata
principia ponantur, de re
gerenda delibera accurate
& considera, quam illa res
honesta sit: & si habeas ef-
ficiendi facultatem.

Prius

Priusquam aggrediare,
adhibenda est præparatio
diligens, & aliquantò ante
constituendum, quid acci-
dere possit in utranq; par-
tem : & quid agendum sit,
quām quid evenerit : ne
committas, ut aliquando
dicendū sit, non putaram.

In consilijs saniora pu-
tentur ea, quæ perpetuæ
pacis rationem habitura
sint, nihil insidiarum : in
quo si mihi obtempera-
tum effet, si non optimam,
at aliquam rép. quæ nunc
nulla est haberemus.

Sententiam sententia
vincat melior.

Prepa-
ratio ne-
cessario-
rum, &
futuro-
rum
preme-
ditatio.
lib. I. of-
fic. I.

Consilia
saniora.

Nec

Agen-
tis 1. off
f.c. 15.
& con-
siderata
excogi-
tatio.

Hone-
sta cau-
sus præ-
poneda

Nec agas quicquam,
cujus non habeas causam
probabilem. Nihil enim per
se amplum est, nisi in quo
judicij ratio extat. Et diu
sanè cogitandum est in eo,
quod semel admissum, coér-
ceri, reprimiq; non potest.

Malo interdum multi te
non caute, quam pauci non
honestè fecisse existimant:
ac omnibus te infactus, re po-
tiūs, quam teste moveri: ut
habeare dignus, QVICVM
IN TENEBRIS MI-
CES: & nostri imitator
senatus: qui nunquam util-
itatē à dignitate se junxit.
Benè præcipiunt, qui

veteran

vetant quicquam agere,
quod dubites, æquum sit,
an iniquum. *Æquitas enim lucet ipsa per se: dubitatio cogitationem significat injuriæ.*

Et piè judicant, qui sceleratum & impium censent deliberare, utrum id sequare, quod honestum esse videoas, an te sciens scelere contamines. in ipsa enim dubitatione facinus inest, etiamsi ad id non perveneris.

Regium non esse puta,
sic vivere, ut velis: nec omnes esse beatos, qui vivant, ut ipsi velint: velle

E

enim

Injuria
quando
inest in
dubita-
tione?

Quando
facinus?

Quid
vivere,
ut velis?

enim quod non deceat, id ipsum miserrimum est: nec tām miserum est non adipisci, quod velis, quam adipisci velle, quod non oporteat.

*Animus
princi-
pis.*

Magnis imperijs & provincijs præs. Gere igitur animum laude dignum & regium existima, ita vivere, ut non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias: contemnere omnes libidines, sentire liberè: populi utilitati magis cōsulere, quam voluntati: contra periculosas hominum potentias conditioni omnium civiū

*Vita re-
gia.*

provi-

providere: nemini in his
cedere multis ob sistere.

Semper memineris, quod
dignitas tua facit, ut ani-
madvertatur quicquid fa-
cias.

Nihil fiat quod pericu-
losam imitationem exem-
pli alijs in posterum pro-
dat. Multi, quod exemplo
fit, id etiam jure fieri pu-
tant: & aliquid, atque adeo
permulta addunt, & affe-
runt de suo.

Principis autem magni
est facere, quod non so-
lum ad tempus maximam
utilitatem assert, sed etiam
ad exemplum.

Aurea
cohore-
tatio.

Exem-
pla peri-
culosa.

Princi-
pis ma-
gni fa-
ctu ad
exem-
plum in-
stilia.

De prudentia tenenda in
malis præcavendis: &
incidentis motu principijs, medijs, reliquijs.

CAP. VI.

Vigilie
ad præ-
caven-
da ma-
la.

Quatu-
or prin-
cipi in
rebus
gerendis
adesse
debent.

Vigilandum est semper
ad præcavenda mala,
& ne quid intra cutem
subsit vulneris: quod pri-
us nocere potest, quam
sciri, curarique possit.

Plurimum ratio potest,
& diligentia, tum ex re,
& ex tempore confilium.
Est non alienum dignita-
te regia, quod ipsi Aga-
memnoni regum regi

fuit

fauit honestum, habere aliquem in consilijs capiens Nestorem. Apud Homerum saepissime ille dux Græciæ nunquam optat, ut Ajacis similes habeantur decem, sed Nestoris: quod si acciderit, non dubitat, quin brevi Troia sit peritura.

Nunquam tibi desit hujusmodi, quo cum omnia, quite cura aliqua afficiant, ana communices, qui te amet, qui sapiat, qui cum loquaris, nihil fingat, nihil disimulet, nihil obtegat.

In rebus subitis, &c angustis, hoc animo esse de-

Opta-
rum A.
game-
mnonis.

Prin-
ceps
quando

ibi se-
natus.

Celeri-
tate u-
tendū in
princi-
pis sedi-
tionum

Media
inciden-
da.

Cic. 5.
Phi. vid

Parth.

līt. lib.
2. c. 1. n.

4.

Non au-
genda
impuni-
tate.

bes, ut nihil aliò rejicias:
ipse tibi sis senatus.

Nihil est periculosius,
quam spatiū confirmā-
di sese ijs dare, qui novari
aliquid volent.

Incidere semper oportet
media, ne nimis serō ad ex-
trema veniatur. Omne ma-
lum nascens facile opprimi-
tur, inveteratum fit plerung,

robustius.

Improbitatē itaq; re-
tundere, & non pati im-
punitate augeri, non so-
lūm utile est, sed etiam ne-
cessarium: ut audaciæ per-
ditorum, & solicitudinis
tuæ finem reperias.

Sapi-

Sapienter Plancus in
bello Antoniano , matu-
randum prius censuit ,
quām hostes corroborar-
rentur , & perturbarentur
nostrī : in quo , si celeritas
fuisse adhibita , resp. in
possessione victoriæ , de-
letis sceleratibus permanis-
set .

Planci
consili-
um.

Non ignorabat ille in
rep-versatus , quanta mo-
mēta sint in ea temporum :
& quid intersit idem illud ,
utrum antē , an post decer-
natur , suscipiatur , agatur .
Omnia quæ severè decre-
ta sunt illo tumultu , si

Mo-
menta
tempo-
rum.

E 4 aut

aut quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non de die in diem dilata, aut ex quo tempore suscepta sunt, ut agerentur, non tardata & procrastinata, bellum nullum habuissemus.

Cautio
in uici-
scendo.

Quatu-
or mo-
deratio-
nis re-
gule.

I.

In nefariis civibus ulciscendis, cum possis, quam per timescendis, diligentior cautio est.

De his illud valde considerandum est, ne quid temere, ne quid dissolutè. Eiusq; rei moderatio principis magni est; nt in daces & fontes vehemens sit: liberalis in multitudi-

nem,

nein, fortuna magis quam
culpa peccantein.

II.

Omnia publico consilio, præsidioque : ne vi-
deatur vi, atque impressio-
ne everttere.

III.

Non ex alieni sensus
conjectura, aut cæca su-
spicione : ne vel obteran-
tur malevolorum obtre-
ctatione & invidia in-
nocentes : vel aperiantur
ad sordes eluendas venæ
omnes, atque viscera.

IV.

Et quod caput est, ex-
citanda erit animadver-
sio, & prudentia : ut sit,
non modò *consilium* in

E s pro-

providendo, sed etiam judici-
um in consciendo, ne id ipsum
quod vereatur, ita caveat, ut
cum vitare fortasse potu-
erit, ultro arcessat, atque
attrahat, quæ stultitia ti-
moris magna est.

Futura
explo-
randa.

Reli-
quiis
provi-
dendum

Semper in præsentibus
malis prohibendis, futura
quoq; nisi antè occursum
sit, explores, ne se insinu-
ent.

Ne sint reliquæ provi-
dendum: impolita enim res
& acerba, si erunt relata,
quanquam fuerint abscissa,
tamen efferent se aliquando,
& ad renovandum bellum
revirescent.

Est

Est non minus tutum
extrema depellere, quam
prima repellere.

Vtrumq; judicio, neutrū dissolutè : ne in bre-
ve temp̄ dilata sit perni-
cies. Ut enim gravius æ-
grotant ij, qui cum levari
morbo videntur, in eum
de integro inciderunt : sic
vehementius laborat, qui
profligato bello, ac pænè
sublato, renovatum bellū
gerere conantur.

Cavēdum etiam, ne vin-
dex unius mali, auctor sit ^{Cantio} gravis.
alterius, fundamentum & ^{simia} radices habituri altiores.
Nostris tumultibus sem-

Dilate
pernici-
es per-
culosa.

per

per primi cujusque mali
causa excidendi, causa fu-
it, cur aliud renasceretur
illo pejus.

*De cautionibus adhibendis,
in varijs motuum &
seditionum causis.*

CAP. VII.

STULTITIAM puta, aut in
obscuro odio apertas
inimicitias, aut in quo ni-
hil noceas, ostendere vo-
luntatem nocendi.

ILLIUS probantur consi-
lia, qui se muniendum pu-
tavit aucto exercitu, auxi-
lijque multiplicatis : ut

cum

*Cautio
in ob-
scuro
odio.*

*Consiua
rege-
ndia.*

cum præferret sensus a-
perte, tum etiam invitis
quibusdam, sciri quid de-
fensurus esset, non esset
periculose. Is multa, ut
ad effectum horum consi-
liorum perveniret, simu-
lavit: quod prænatura
denunciatio imparati, quā
periculosa esset, ex casu col-
lege vidisset.

Providendum, ne viri
nobiles simulatione com-
munium negotiorum, of-
ficiorumve coēant, & ar-
ma parent ad cædem, aut
tumultum.

Si qua est inter popu-
los, sive ordines dissen-

Q. Fat.

Cautio
contra
conven-
tu.

Concor-
die con-
sulen-
dum.

sio, elaborandum, ut ex ea
ad concordiam evocen-
tur. Et si qui fervor men-
tium inveteravit, ut in o-
pinionum æstu, studijsque
honorum evenire solet
(horum enim quisq; reti-
nens est, nec cedit facile)
sit sine progressu ad acer-
ba : nec ita dissentiant, ut
de communai salute non i-
dem sentiant : sed potius
certent de amore repu-
blicæ.

Concio-
nes mu-
deran-
da.

In concionibus adsit
moderatio, ne turbulenti
aut temerarij cuiusque lin-
gua, quasi à belli sedi-
tionis, populus incenda-

tur,

tor, ut ille Græcorum: quo-
rum totæ resp. sedentis
concionis temeritate ad-
ministrantur. Itaq; ut hanc
Græciam, quæ jamdiu suis
co siljs perculta & afflcta
est om ttā: illa vetus quæ
quondam opibus, impe-
rio, gloria floruit, hoc uno
malo concidit, libertate
immoderata, ac licentia
concionum. Cūm in the-
atro imperiti homines, i e-
rum omnium rudes, igna-
ri que cōsiderant, tum
belia inutilia suscipie-
bant, tum seditiosos ho-
mines reipabl. præficie-
bant, tum optimè meritos

*Gracia
periret.
licen-
tia
concio-
num.*

*ut acci-
dit Mit-
tiad. v.*

*Theat.
hyst poet*

Athenarum
fama
celebris.

Vt mare
sic po-
pulus.

civeis è civitate ejiciebat.
Quòd si hæc Athenis tum,
cùm illæ non solum in
Græcia, sed propè cunctis
gentibus eritebant, acci-
dere sunt solita : quam
moderationem putatis in
Phrygia , aut in Myria
concionem fuisse ?

Sæpè vidēmus, ut ma-
re , quod sua natura tran-
quillum sit ventorum vi
agitari, atque turbari . sic
& populū sua sponte esse
placatum , hominū sedi-
tiosorum vocibus, ut vio-
lentissimis tempestatibus
concitari , id ne fiat pro-
videndum.

Dan-

Danda etiam opera, ne
disseminatis dispersisque
sermonibus tua lædatur
existimatio nec satis erit,
eum, qui sic peccarit, pœ-
nitere: ut & ipse, ne quid
tale post-hac & cæteri sint
ad similia tardiores.

Coercendi ad exem-
plum, libellos aut carmina
probrosa qui einiserint. xij
tabulæ, cum per paucas res
capite sanxissent, in his
hanc quoque sanciendam
putaverunt, Si quis actita-
visset, sive carmen condidis-
set, quod infamiam afferre
flagitiūmve alteri, quid
principi?

Existi-
mationi
confu-
lendum.

Fumo-
sorum
libellorū
autores
coér-
cendi.

*Nil te-
merē de
statu.*

Carandum etiam, ne quis de statu temerè loquatur, rumor èsve sparcat in ullo casu reip. præcipue in bello, ac maximè civili: quod opinione plerūq; & fama gubernatur.

*Histo-
ria sin-
gularis.*

P. Varienus, cùm è præfectura Reatina Romam venienti noctu duo juvenes cum equis albis dixissent regem Persen illo die captum, senatoi nunciavit: & primò quasi reine. rē de rep. locutus esset, in carcereim conjectus est: post à Paullo literis allatis cùm idem dies constituis-

set,

set, & agro à senatu, & va-
catione donatus est.

In his tamen omnibus
adhibenda prudens cautio-
ne auris detur infensis, qui
inimicos suos morte affici-
volent, vel quod eos me-
tuant, vel quod oderunt:
nec ijs, qui ut canes vena-
tici odorantur omnia: &
inopia criminum falsa in-
ferunt: quæ in metu & pe-
riculo cum creduntur fa-
cilius, tum finguntur im-
ponius. Hoc genus homi-
num alijs exitia paranti-
um, scire deberet sibi para-
tare pestem, ut participe
parem.

Cautio
in accu-
sationi-
bus &
contra
delato-
res.

*Non
danda
materi
es ser
monis.
aut ru
moris.
improbi*

*Expe
tenda
bona
fama.*

Non detur malevolis
probabilis materies ser
monis: hanc enim nacti,
conabuntur alienare vo
luntatem sociorum, aut ci
vium.

Non danda etiam oc
casio improbioris famæ:
cum ratio salusq; omniū,
qui ad remp. accedūt non
veritate solum, sed etiam
fama nitatur: nam licet ē
macello laus petenda non
sit, est tamen expetenda bo
na fama bonorum: ut liben
ti animo studioseq; prin
cipis voluntati, comodis
opinioni in gubernanda
rep. serviant, & obtem
rent.

rent. Fundamenta illius
sunt justitia , liberalitas ,
constantia:sine quibus ni-
hil potest esse laudabile.

Funda-
menta
fama.

De condecoria à principe
tenenda: & ejus octo ad-
ministris : quibus felix ,
& augustus redditur
princeps , atque princi-
patus.

C A P . VIII.

O MNI in re quid sit ve-
ri , retinentem fortis
libero animo constantia,
& qualitate, videre, sentire,
& tueri decet: imperij di-
gnitatisq; suæ esse omnia

ac animo : quem sine &
nullum esse putaris. Omni-
nō, si quicquam est deco-
ruum, nihil est profectō ma-
gis , quam æquabilitas
cum universæ vitæ, tum
singularum actionum.

I.
*Aequa-
bilitatis
præstan-
tia.*

II.
*Facili-
tas.*

III.
*Huma-
nitas.*

*Compa-
ratio
Philip-*

Præclara certè ea est in
omni vita, & idein semper
vultus, eademque frons: u:
de Socrate, iteū q; de Cajo
quoque Lælio excepius.
Philippum quidem Mace-
donum regem rebus ge-
stis & gloriâ superatum à
filio, facilitate & humani-
tate video superiorem esse,
Itaq; alter semper magnus
alter səpē turpissimus fuit

ut

ut recte præcipere videan-
tar, qui monent, ut quantò
superiores sumus, tanto nos
geramus submissius, & per-
spiciamus rerum huma-
narum imbecilitatem, va-
rietatemq; fortunæ.

pi & A-
lexan-
dri.

Theophrastus interitum Cali-
deplorans Calisthenes so- sthenis
dalis sui, rebus Alexandri judici-
prosperis angitur. Itaque um de
dicit Calisthenem ineidis- A ex-
se in horinē summā po- andro.
tentia, summaq; fortuna,
sed ignarum, quemadmo-
dum rebus secundis uti
conveniret.

Laudabilior Cyrus ille à Cyrus
Xenophonte, non ad hi... Xeno-
phonis
storiæ.

IV. storiæ fidem scriptus , sed
Gravi- ad effigiem justi imperij ,
tas. cuius summa gravitas ab
V. illo philosopho cum sin-
Comi- gulari comitare conjungi-
tas. tur : quos quidem libros
 non sine causa noster ille
 Africanus de manibus po-
 nere non solebat : nullum
 est enim prætermissum in
 ijs officium diligentis &
 moderati imperii.

Que Atq; ille quidem prin-
resp. ceps ingenii , & doctrinæ
beatae? Plato , tum denique fore
 beatas respublicas putavit
VI. si aut docti , aut sapientes
Doctrinæ. homines eas regere cœ-
 pissent , aut ii , qui regerent
 omne

omne studium in doctrina
ac sapientia collocasset.
hanc conjunctionem vide-
licet potestatis ac sapien-
tiae, saluti censuit civitati-
bus esse posse; quod for-
tasse quondam universæ
reip. nostræ contigit, ut is
in eam summam potesta-
tem haberet, cui in doctri-
na, cui in virtute, atq; hu-
manitate percipienda, plu-
rimum à pueritia studij
fuisset, & temporis collo-
catum.

In Gorgia Socrates, cùm
esset ex eo quæsitus, Ar-
chelaum Perdicæ filium,
qui tum fortunatissimus

G habe-
pium.

VII.

Sapien-
tia.

Salus
civita-
tis.

Socratis
opinio
de felici-
tate
princi-
pium.

haberetur, nonne beatum
putaret? haud (scio in-
quit) nunquam enim cum
eo locutus sum. An tu?
An aliter id scire non po-
tes? nullo modo. Tu igi-
tur ne de Persarum qui-
dem rege magno potes
dicere beatus ne sit? An
ego possum, cum ignorem
quam sit doctus, quam vir
bonus?

*Quirex
beatus.*

*VIII.
Bonitas*

*De imperij moderatione,
& rationis usu princi-
pibus conveniente, à
barbaris neglecto.*

CAP.

CAP. IX.

SIC principum , sic ma-
gistratum , sic popu-
lorum imperia civibus so-
cijsq; præsint, ut parentes
liberis , corporibus ani-
mus. Munus autem animi
est, ratione bene uti : & ut
sapientis animus, sic prin-
cipis ita semper affectus
esse debet, ut ratione opti-
mè utatur. Qualis ille sit,
quem tum moderatum ,
alias modestum, & tempe-
ratum , alias constantem
continentemque dicimus.
Nonnunquam hæc vo-
cabula ad frugalitatis

Quale
debet
regentis
esse im-
perium?

Ut affe-
ctus de-
bet esse
animus
princis.

*Homo
frugi.*

*Regie
virtutes
arque
laudes.*

nomen, tanquam ad caput referre volumus: quod nisi eo nomine virtutes cōtinerentur, nunquam illud ita perulgatum esset, ut jam proverbij locum obtineret, *hominem frugi omnia recte facere*. Hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi hominem dico, non multam habet laudis in rege: fortem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficium, liberalem, hæ sūt regiæ laudes, illa privata est: ut volet quisque accipiat, ego tamen frugalitatem, id est, modestiam, &

tempe-

temperantiam, virtutem
esse maximam judico, non
ita Xerxes: qui refertus o-
mnibus muneribus, donis-
que fortunæ, non æquita-
tu, non pedestribus copijs
non navium multitudine,
non infinito pondere au-
ri contentus, præmium
proposuit, qui inventisset
novam voluptatem: qua
ipse inventa, non fuit con-
tentus, neq; enim unquam
finē inveniet libido. Hinc
Diogenes disputare sole-
bat, quanto regem Persa-
rum vita fortunaque su-
peraret: sibi nihil deesse,
alli nihil satis unquam f-

Xerxes
munquā
conten-
tus.

Fortuna
Dioge-
nis, &
regis
Persa-
rum.

re : se ejus voluptates non
desiderare, quibus nunquā
satiari ille posset, suas eum
consequi nullo modo pos-
se.

*Mos re-
gum
Perfa-
rum, &
Syro-
rum.*

Porro solere ajunt bar-
baros reges Persarum, ac
Syrorum plures uxores
habere: his autem uxori-
bus civitates attribuere,
hoc modo : hæc civitas
mulieri in redimiculum
præbeat, hæc in collum,
hæc in crines. Ita popu-
los habent universos, non
solum conscientib[us] libidinis
suæ, verùm etiam admini-
nistros.

De

De principum moribus: ut
exemplo nocent, aut pro-
funt.

CAP. X.

Quo perniciosius de
rep. merentur, qui sic
peccant, quod non solum
vitia concipiunt ipsi, sed
ea infundant in civitates:
quamvis in principibus
facilius sit existimatio, qua
reprehensio: ideo quod eos
si hoc faciunt, immodera-
tos possimus existimare
crimen in eo constituere
non possumus.

Iminò, quod in commu-

Quomo-
do in-
fundan-
tur vi-
tia in
civita-
tes.

Existi-
matio
princi-
pum Le-
di potest
non re-
prehen-
di vita.

*Princi-
pium &
paren-
tum vi-
tia reti-
cenda
feren-
daq;.*

*Princi-
pis est
modum
sibi ap-
ponere,
leges
aliis.*

*Morum
mutatio
à princi-
po pen-
det.*

nibus hominum sensibus,
atque in ipsa natura posi-
tum, atque infixum est, fa-
cile intelligo, non modo
reticere homines princi-
pum culpas, uti parentum,
sed etiam animo æquo
ferre oportere.

Ipsorum verò est, sibi
modum apponere, leges
alijs. Nam licet videre, si
velint replicare memoriā
temporum, qualescumque
summi civitatis viri fue-
runt, talern civitatem fui-
se: quæcumque mutatio
morum in principibus ex-
titerit, eandem in populo
fecuturam.

Mul-

Multum itaq; in exemplo est, studiosè enim plerique facta principum imitantur, ut cupiditatibus principum, & vitijs infici solet tota civitas: sic emendari & corrigi continentia. Quid est negotij, continere eos, quibus præsis, si ipse contineas, & maneat gravis & constans disciplina? Barbarorum est in diem vivere: tua consilia sempiternum tempus spectare debent.

Barba-
rorum
vita.

Præparatio necessariorum lenitas, & continentia

servant : negligentia ,
acerbitas , & avaritia
exertunt imperantem ,
& imperium.

CAP. XI.

Aerari-
um non
sit ina-
ops.

DANDA etiam opera
est , ne (quod apud
majores nostros saepe fie-
bat) propter aerarij tenui-
tatem , assiduitatemq; bel-
lorum , tributum sit confe-
rendum ; idq; ne eveniat ,
multo ante erit providen-
dum (nam obsurdescunt eti-
am boni ad vocem tributi)
nec committendum , ut a-
liqua sit in rebus gerendis

expe-

expectatio, aut dilatio té-
poris. Breve tempus lon-
gum est imparatis: dies e-
nim affert & hora potius,
nisi prouisum est, magnas
sæpe clades. Certus autem
dies, non ut sacrificij; sic
consilij expectari solet.

Sin qua necessitas hujus
muneris alicui obvenerit,
danda erit opera, ut omnes
intelligant, si salvi esse ve-
llint, necessitatí esse paren-
dum: atque etiam omnes,
qui reimp. gubernabunt,
consulere debebunt, ut ea-
ram rerum copia sit, quæ
sunt necessariæ, quarum
qualis comparatio fieri so-

leat,

Rerum
necessa-
riarum
copia
paran-
da.

leat, & debeat, non est necesse disputare. Est enim in promptu, tantum locus attingendus fuit.

*Lenitas
principi
utilis.*

Da te semper ad lenitatem, æquitatemq; ut tui rebus agitatis usui tibi esse possint, & velint. Etenim, ut abs te affecti fuerint, ita in te animatos reperies.

*Acer-
bitatis
in com-
moda.*

Cum exercitum in Ciliaciam ducerem, & regis Parthorum filius cum permagno exercitu transisset Euphratem, reperi socios infirme animatos esse, & novarum rerum expectatione suspensos. Nam eorum auxilia propter acer-

bita-

bitatem, atq; injurias imperij nostri, aut ita imbecilla fuerant, ut non multum nos juvare possent: aut ita alienata à nobis, ut neque expectandum ab ijs neque committendum ijs quicquam esse videretur.

Caput autem est in omni procuraione negotiij, & munieris publici, ut avaritiae pellatur, etiam minima suspicio. Utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reservavisset, & tunc essem matus, quando Romaini accipere dona cœpissent: non essem passus diutius

Aversis
& im-
becillis
subditis
nihil
committendum.

Avars-
tie vi-
tanda
suspicio.

H eos

eos imperare, nec illi multa sæcula expectanda fuerunt, modò enim hoc malum in hanc remp. invasit, itaque facile patior tunc potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit roboris.

Avari-
tia ma-
la.

Nullum igitur vitium tetrius, quam avaritia, præsertim in princpibus, & remp. gubernantibus: habere enim quæstui rép. non modò turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. Itaque quod Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nullare alia, nisi avaritia, esse periturat. *videlicet*

vide.

videtur, non solum Lacedæmonijs, sed & omnibus opulentis populis prædictis, nulla autem re, facilius conciliare benevolentiam multitudinis possunt iij, qui reip. præsunt, quam abstinentia, & continentia.

*Bona
conti-
nentia.*

Ab hoc genere largitionis, ut alijs detur, alijs auferatur, aberunt iij, qui remptuebantur: Nam propter hoc injuriæ genus, Lacedæmonij Lysandrum ephorum expulerunt: Agin regem (quod nunquam ante apud eos acciderat) necaverunt: ex eoq;

*Genus
largitio-
nis per-
nicio-
sum.*

tempore tantæ discordiæ
secutæ sunt, ut & tyranni
existerent, & optimates
exterminarentur, & præ-
clarissimè constituta resp.
dilaberetur: nec verò so-
lum ipsa cecidit: sed etiam
reliquam Græciam ever-
tit contagionibus malo-
rum, quæ à Lacedemonijs
profecta manarunt latius.

*De liberalitate convenien-
te principi.*

CAP. XII.

V**I**DENDUM igitur est,
ut ea liberalitate u-

utan-

tantur, quæ noceat nemini, Quare L. Syllæ, C. Cæsar is translatio à justis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Nihil enim liberale, quod non est idem iustum, atq; moderatum.

Præclarè in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quòd largitione benevolentiam Macedonum confectetur. Quæ te (malum inquit)ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fideleis putares fore, quos pecunia corrupisses? Antu id agis, ut Macedones, non

Libera-
litate u-
tendum
justa &
modera-
ta.

Philip-
pus Ale-
xandri
exagi-
tat lar-
gitio-
nem.

te regem suum, sed ministram, & præbitorem putent? Benè ininistrum, & præbitorem, quod sordidum regi: melius etiam, quod largitionem corruptelam dixit esse: sit enim deterior, qui accipit, atque ad idem semper expectandū paratior. Hoc ille filio, sed præceptū putemus omnibus, male enim se res habet, cum quod virtute effici debet, tentatur pecunia.

Philip-
pus ad-
versus
exteror
as suis

Philippus tamen non sic cum exteris: nam diffidit urbium portas, & subrebat emulos reges muneribus:

atque

atque omnia castella ex-
pugnari posse dixit, in quæ
modo asellus onustus au-
ro posset ascendere.

Aristoteles graviter, &
verè reprehendit effusio-
nes pecuniarum, quæ sūt
ad multitudinem delinien-
dā, in manib; jaēturis in-
finitisq; sumptibus : quan-
præsertim neq; nec sitat
subveniatur, neq; dignitas
augeatur: ipsaq; illa delini-
tio sit ad breve exiguumq;
tempus: in quo tamen ipso
una cū satietate memoria
quoq; moriatur volupta-
tis. Benè etiā colligit hæc
pueris & mulierculis , &

discedit
consiliis
& mo-
nitis.

Philippi
dictum,
& opi-
nio de
ri mu-
nerum.
Effusio-
nes pe-
cunia-
rum ab
Aristo-
tele re-
prehен-
se.

servis & servorum simillimi-
mis liberis esse grata : gra-
vi verò homini, & ea qua si-
unt judicio certo ponderan-
ti, probari nullo modo posse.

*Seqvñ.
tur 4. li-
beralita-
tis gene-
ra digna
principe.*

*I.
In usum
reip.*

*II.
Ad u-
tilitate
eorum,
qnibus
benigne*

Illæ impensæ meliores
sunt, muri, navalia, por-
tus, aquarum ductus, o-
mniaq; quæ vel ad utilita-
tem vel ad usum reip. per-
tinent, publicam : ut redi-
ni è servitute captos, locu-
pletari tenuiores : quod
quidem vulgò solitum fi-
eti ab ordine nostro, in o-
ratione Crassi scriptum
copiosè videmus. Hanc
ergò consuetudinem be-
nignitatis largitioni mu-

meruit

nerum longè antepono :
hæc est gravium hominū ,
atque magnorum : illa
quasi assentatorum popu-
li, multitudinis levitatem
voluptate quasi titillanti-
um. Convenit etiam non
uno modo in disparibus
causis affectum esse ; alia
causa est ejus, qui calamiti-
tate premitur : & ejus, qui
res meliores quærit, nul-
lis suis rebus adversis: pro-
pensione benignitas esse de-
bebit in calamitosos, nisi
fortè erunt digni calamiti-
tate.

Imitandus etiam Cy-
rus, qui præclara inolien-

fieri rei
publ.
est uti-
le.

Cautio
tenen-
aa.

III.
Frga
præcla-
ra.

Conse-
stantes.

tes donis & honoribus au-
xit: atq; in omnium exci-
tavit mentibus ardorem
ad gloriam: simul studia,
quibus singuli enitebantur
in ijs, quæ ille probaret, &
elaborare, & excellere.

Cyri mi-
ra co-
mitas.

Hoc autem in genere
benignitatis excelluisse,
regium fuit, nec mirandū,
cum esset opulentissimus:
sed regem cum suis con-
tendisse, ac dignitatem
cum humilitate de offi-
cijs, id non mediocrem
Xenophonti admiratio-
nem movet.

At

Athæc ille ex avi mo-
nitis atque disciplina, ne
exhauriatur largiendo æ-
rarium, nec deessent alij
ad virtutem, & obsequia
stimuli: cum non esset fa-
cile semper donare: nec
vellet regia pervagari
munera arinillas, torques,
frena aurea: quæ apud
Persas nemini habere li-
cuit, cui non ea rex tribu-
eret.

Asty-
gis me-
nita.

Dona
regia a-
pud
Persas.

Id certè maximè tenen-
dum est, præmia virtutis &
officij sancta & casta esse o-
portere: neq; ea, aut cū iin-
probis communicari, aut

Premia
virtutis
Gofficiis
non per-
vulgan-
da.

in

in mediocribus hominibus
pervulgari. Etenim minus
erunt homines virtutis pra-
mio pervulgato. Et qui ob
egregia facta honorem a-
depti sunt, si pari indignos
affici viderint, de sua glo-
ria putabunt delibari.

III.

Erga
benè
meren-
tes.

Bene-
ficia
quando

Sit semper officiorum
memoria atque ratio : nec
appareat usquam remunie-
randi, aut deesse voluritas,
aut non suppetere facul-
tas. Benè meritos enim
quin colas, neque excorari
fas est, neq; est excusatio
difficultatis : neq; æquum
est tempore & die memo-
riam beneficij definire,

aut

aut differre sed potius at-
tevertere , ne liberalitatis
fructu priveris & gratiae
idque omnino faciendum,
si quid in modestos & ve-
recundiores conferen-
dam sit.

ante ver-
tenda.

Grave est enim homi-
ni pudenti petere aliquid
magnum ab eo, de quo se
benè meritum putet: ne
id, quod petat, exigere ma-
gis, quam rogare, & in
mercedis potius , quam
beneficii loco numerare
videatur.

Sin benè merentes sint
hujusmodi, qnorum me-
moria posteris prodatur,

Prince-
pi ingra-
to esse
non ll-
cet.

I his

his ingrato esse non licet.
 Omnes enim immemorē
 beneficij oderant : nec est
 tibi horum solis utendum ex-
 istimationibus , ac judicijs ,
 qui nunc sunt , hominum , sed
 eorum etiam , qui futuri sunt .
 Quanquam illorum erit
 verius judicium , obtrecta-
 tione & malevolentia li-
 beratum .

*Beni-
gnitas
ne obsit.*

Videndum , ne obsit be-
 nignitas , &c ijs ipsis , qui-
 bus benignè videbitur fie-
 ri , &c cæteris : tūm , ut pro
 dignitate cuiq; tribuatur .

*Insatia-
biles co-
ercendi.*

Faceant iij , in quibus
 neq; pecuniae modus est ,
 neq; honoris , neque reli-

quaruin

quarum cupiditatum :
 quas nulla præda unquam
 improbè parta minuit, sed
 auget potius, atque inflam-
 mat, ut coercendi magis,
 quam dedocendi videan-
 tur, ad exemplum Regis
 Ludovici 12. Galliarum.

*Apud
Erasm.
in col-
loq.*

De præmiis & pœnis.

CAP. XIII.

SOLON, qui & sapientissimus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem, remp. duabus rebus contineri dixit, præmio & pœna. Est scilicet utriusque rei modus, sicut reli-

*Resp.
contine-
tur pre-
mio &
pœna.
Medio-
critas
illa te-
nenda,*

que est
inter ni-
mium &
parum.

quarum & quædam in u-
troque genere medioeri-
tas. Ne sis in honoribus
decernendis nimius , &
tanquam prodigus : nec
in animadversione, pœna-
que durior. Sed sceleris
pœnam prætermittere, pe-
riculosum puto , ne quis
talem amentiam vellet i-
mitari. Ita probanda est
mansuetudo, atq; clemen-
tia, ut adhibetur reip. cau-
sa severitas, sine qua admi-
nistrari non potest. Saluta-
ris severitas vincit inanem
speciem clementiae.

Regula
in seve-
ritate,

In his, ut in cæteris, op-
tandum est, ut ij, qui, præ-
funt,

sunt, legum similes sint,
quæ ad puniendum, non
iracundia, sed æquitate du-
cuntur: atq; omnium salu-
tem singulorum saluti an-
teponunt.

& cle-
mentia
tenenda

De principis prudentia mo-
deranda temporum, re-
rum, & personarum
ratione: & positæ de
his tribus variæ cau-
ties, atque regulæ.

C A P. X I V.

O MNIBUS artibus vo-
lumus attributam es-
se eam, quæ communis

Com-
munis
pruden-
tia.

appellatur prudentia, quā omnes qui cuīq; artificio præfunt, debent habere: principi eam, que est sciētia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Nam res geruntur auctoritate, sententia, consilio: quod ex re, persona, tempore capiendum est: & tanquam navigium, & cursus, ex reip. tempestate moderandum: cum oporteat non semper eisdem sententias, rationesve, sed quascunq; reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiæ postulat teneare: in magno motu, in

con-

conversione rerum & per-
turbatione, temporibus po-
tius parere, quam moribus:
& tamen idem semper spe-
ctare, nempe Dei cultum,
salutem populi.

Id enim jubet Plato, quē
ego auctorem vehemen-
ter sequor, TANTUM con-
tendere in rep. quantum pro-
bare tuis civibus possis: vitu
neque parenti, neque pa-
triæ afferre oportere. At-
que hanc quidem ille cau-
sam sibi ait non attingen-
dæ reip. fuisse, quod cùm
offendisset populum Atheniensem prope jam
desipientem senectutem,

Plato-
nis pre-
scri-
ptum.

tum cum nec persuadendo,
nec cogendo regi posse vidis-
set, cum persuaderi posse dif-
fideret, cogi fas esse non arbi-
traretur.

Vides quanta vis tem-
porum sit, quanta varietas
rerum, quam incerti exi-
tus, quam flexibiles homi-
num voluntates: quid ve-
rō insidiarum, quid va-
nitatis in vita, tecum co-
gita.

Cato no-
cuit in-
terdum
reip.

Cato optimo animo u-
tens & summa fide, nocuit
interdum reip: dixit enim
tanquam in Platonis ~~πολ~~
~~λίτεια~~ non tanquam in

Romuli

Romuli fæce sententiam :
& nimis præfractè ærarium,
ac instituta majorum
defendens, à senatu , & e-
questrem ordinem', & ho-
mines clarissimos abalie-
navit.

Præstare hoc Senator
debet, quantum potest, ne
quis vir clarus, aut potens
principi , vel ordini jure
irasci posse videatur : atq;
hoc, si inimicissimus alicui
esset sentire tamen debe-
ret reip. causa.

De privilegijs & hono-
ribus illud valdè conside-
randum, ne injuria detra-
hantur.

Senator
nemi-
nem cla.
rum of-
fensam
reddas.

Cautio-
nes de
privile-
gijs &
honorii-
bus.

Multis nocuit alienasse
eos, qui valuerent, aut inge-
nito, aut gratia, aut poten-
tia, aut militari virtute.

Est gravius spoliari ho-
nore, quam non augeri di-
gnitate: & acriores mor-
sus sunt intermissæ liberta-
tis, quam recentæ.

Insuetus contumeliaz,
insolens infamiaz, acer in-
ferro, ægræ omni animi
impetu, dolori, & iracun-
diaz paret, cum ex ample
statu concidit.

Nunquam dederis ho-
minem magnis facultati-
bus ingenij, consilij, gra-
tiaz, immo ne parum sanum

nobi-

nobilem potentem, perditis hominibus, quō concurrant.

Cæsar Pompejo contendente, ne ipsius ratio haberetur descendit ad extrema, & concitata juventute, dignitatem labefactavit veteris reip. & imperij.

Si facienda est alicujus magnæ rei mutatio, eam si tempora adjuvabunt facilius comodiusque facies: sin minus, sensim erit pedetentimque facienda: ut amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes, sensim

Cæsar
aliena-
tus per-
didit
remp.

Roma-
nam.
Mutatio
rerum
magna-
rum sen-
sim fa-
cienda.

dif-

dissuere , quam repente
præcidere.

*Cautio-
nes fir-
mæ, ut
princeps
recta
prestet
suis, hi-
non de-
clinent
ab offi-
cio.*

In omni fortuna recta
& honesta retine. Nihil
cuiquam fieri, dari, aufer-
riye debet, quod malè co-
gitantibus exemplo , aut
præsidio sit.

Noli tribuere potenti-
bus , quæ cupiditatem &
arrogantiam incendere
possint.

Senatus multos decre-
vit eximios honores C.
Cæsari , & propè singula-
res : provinciam extra or-
dinem : supplicationes nu-
mero , ut nemini ullo ex
bello : honore, ut omnino

nem

nemini: quinquennij imperij prorogationem, ut absentis ratio haberetur: his ille rebus ita convaluit ut exercitum & provinciam invito senatu teneret, impendio magis oderit senatum: rex populi Romani, dominusque omnium gentium concupisceret, idque perficeret. Sed horum omnium fons unus imbecillo resistendū fuit, & id erat facile: Pompejus Cæsarem serò cœpit timere: quia malleum tantas ei vires non dedisset, quam postea tam valenti restitisset.

Queres
Cæsare
ad sum-
mum
extule:
rant ip-
perium?

Quate-
num, &
quibus
princi-
pū com-
mitten-
da ne-
gotia &
quibus
impert-
um.

Huma-
na na-
tu-
ra se-
cundis
in sole-
atis.

Alex-
ander
rex ap-
pellatus

Quanta sit in quoque si-
des, tantum cuique com-
mitte: imperium verò ijs
solùm, quos possis rectè
facientes facile diligere,
minus consulentes tibi, fa-
cilius coercere.

Singularis homo priva-
tus, nisi magna sapientia
præditus, vix facilè sese re-
gionibus officiorum ma-
gnis in fortunis, & copiis
continet: nedum in magna
fortuna natus, & educatus,
semper in laude versatus,
circumfluens gloria.

Non vides ipsum illum
Aristotelis discipulum;
summo ingenio, summa
modestia.

modestia , postquam rex
appellatus sit , superbūm ,
crudelem , immoderatum
faisse ? hunc de pompa ,
Quirini contubernalem ,
qui sibi opinionis errore
inxerat principatum , cūm
omnes opes & suas , & po-
puli Rom. Pompejus ad
eum detulisset , exercitu po-
puli Rom. populūm ipsum
Rom. Pompejumque op-
pressisse : & civitatem non
modò liberam , sed etiam
gentibus imperanteim ser-
vire sibi coegisse : At nos
malè cavimus reipubl. qui
ulli majores opes , & ma-
jora præsidia , quām li-

superbit
& sit
imma-
nis.

Cesar à
rep. or-
natus
temp.
oppr-
mito.

bertas pati potuit, concedimus.

*Septem
homi-
num ge-
nera
quibus
nil com-
mitten-
dum.*

- 1.
- 2.
- 3.

- 4.

Nihil ei commiseris, qui omnia ad suam utilitatem refert aut cui prudentia in consilio deesse solet. Si quis est, in quo, iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tamen commiseris.

Nemo unquam sapiens proditori credendum putavit.

Culpa illa, BIS AD EUNDEM vulgari reprehensi proverbio, in statu valde periculosa habetur.

Qui

Qui casus nostri meminerit, non quam cuiusquam invidi, & perfidi consilio utetur, nec inerti creditur est.

Illum vero ne rejaceris, qui acciderit, quod homini prudenti, & cupido satis faciendi reip. bonisque omnibus accidere solet, ut consilium sequatur periculoso magis, dum se probat, quam tutum, quod habere possit obtrestatio-

5.
6.
7.

Ornan-
dus,
quem
honestas
ducit in
pericu-
la.

Pro nemine, cum age tur de tua salute, vel de summa rerum, vadem acceperis. Est enim gravior,

Vas de
statu, &
sainte
princi-
pis, nou

accipi.
endus.

& difficultior animi, & sententiæ, maximis præsertim in rebus, pro altero, quam pecunia obligatio. Hæc enim solvi potest, & est rei familiaris jactura probabilis: tibi & statui, quod quis spoponderit, quemadmodum solvat, nisi independenti facile patitur, pro quo spoponderit?

Cautio.
digna.
principe.

Sic tibi semper cave, ut in eorum, a quibus cavendum erit, potestate non sis, sed illi potius in tua.

Aures
dande
veru.

Sint aures tuæ, quæ id, quod audiunt, existimenter audire, non in quas fi-

cte.

Etē , ac simulatē , quæstus
causa insurreetur.

Omnium autem est tur-
pissimus , & ob perniciem ,
quam struit innocentibus ,
coercendus maximè , ca-
lumniæ quæstus .

Evitandæ sunt omnino
& obterendæ nefariæ pe-
stes hominum , bono ac
laude aliena dolentium :
quæ principes nonnunquā
à viris claris alienant , &
hos aliquando immitant
principi .

Hos Agesilaus magis
oderat , quam fures : quod
gravius esse duceret ami-
cis , quam facultatibus spo-

Calum-
nie que
stus tur-
pissim⁹

Pestes
aule .

liari, proin, tam bene acci-
lit, quum veritas emergit,
& innocentiae defensio in-
clusa respirat: quod aut
i, qui ad fraudem callidi-
sunt, non tantum audent,
quantum ex cogitant: aut
i, quorum eminet audacia
atque projecta est, à consi-
lijs malitiæ deserantur.

Credu-
litatis
error.

Credulitas error est
magis, quam culpa, & qui-
dem in optimi cuiusque
mentem facilime irrepit.
Sed hoc vitio decipi in
statu pericolosum.

Quocirca, ne creduli-
tate res summa fallatur,

ēπι-

ἐπιχαρησίον, illud teneto,
Nervos atque artus esse sa-
pientie, non temerè credere,
& tuum sit elogium, Nec
decipi posse, nec vincī.

Epi-
char-
mea
cautio.
Elogiū
magni
prince-
ps.

De principis annulo, sena-
tu, senatoribus, &
consilio.

CAP. XV.

SIT annulus tēus, non ut
vas aliquod, sed tanquā
ipse tu: non minister alie-
næ voluntatis, sed testis
tux.

Annu-
lus sa-
cer.

Senatus
quis.

Que à
senatore
præstan-
das.

Senatus sit ~~āper~~ ~~Q~~wa-
yōs, constans, severus,
gravis, fortis.

Omnia tuus senator præ-
stet reip. quæ præstare de-
bet is, qui est in eo gradu
collocatus: nec illa modò,
quæ nimirum sola ab ho-
nine sunt præstanda, fidē
vigilantiam, patriæ carita-
tem: ea sunt enim, quæ ne-
mo est, qui non præstare
lebeat. Ego autem ei, qui
sententiam dicat principi-
bus de rep. puta etiam
prudentiam esse præstan-
dam. nec me, quum mihi
tantum sumserim, ut ga-
bernacula reip. præderem,

minus

minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaserim, quæ si infideliter. Neque etiam me censuerim excusandū, si cum resp. erit tuenda, vel defatigatus requiem quæsierim ex magnis occupationibus, vel statuerim minus bonis temporibus in senatum non venire. quis nulla laſitudo, aut timor impedire officium, & fidem debet.

Vtendum consilio fideliū, & sapientum : hisqæ tribuenda est auctoritas. Neutiquam ferendam, ut contemnantur. sin quis

Quo-
rum
consilio
uten-
dunt.

tanta

tanta improbitate usus fu-
erit, cogitandum, in illo-
rum injuria te esse despe-
ctum, auctoritatemq; tuam
abjectam: omnia hujus-
modi; ad exemplum esse
perniciosa, & ne progre-
diantur, cōercenda, Serpit
enim malum consuetudi-
ne peccandi: ac in auda-
cibus crescit, cum poena
affuit, & licentia consecu-
ta est.

*Princi-
pis fit in
paris,
qua sit
in, qui
sunt à
consiliis.*

*Singib-
lars
cautio
in deli-
beratio-
nibus &
consilii.*

Non parum proderit
secretò in concilium ar-
cessere, quos fide, & rerum
usu cæteros anteire nove-
ris ut cum eis rerum even-
ta, acta, & agenda commu-
nices,

nices, & examines: ac quid
sentiant libere proferre
jubeas; vel in praesenti, si
convenit, vel si res gravi-
or est, & differri possit, ea
deliberata. Sic enim, quæ
ab eis tractabantur, matu-
ritatem tibi dabunt discer-
nendi vera à simulatis, ac
animadvertisendi, quid fa-
ctu sit melius, & tu magna
cum laude ac fructu edes,
quæ illi consulta ad te, &
exquisita deferent.

*De assentatoribus
vitandis.*

L

CAP.

Assen-
tatores
vitandi.

Quem-
admo-
dum

Francis-
co Her-
cules

Dux

Alcoran

& Bra-
bant.

Verita-
tis edi-
um, que
pariat
mala.

CAVENDUM, ne assen-
tatoribus patefasias
au- es. Malè Pompejus, qui
in bello, cùm omnium no-
strum coniunctum esse pe-
riculum suo cerneret, cer-
torum hominum inimicè
prudentium consilio uti-
batur.

Neutquam commit-
tendum, ut existimeris ve-
ritatem odisse, in recta
consulentes iracundiam
exercere, &c odia: quæ sunt
venena fidelium consili-
orum, escæ pravorum, inci-
tamenta perfidiæ, lenoci-

niæ

nia obsequij quod erroribus indulgens , præcipites multos ferre sinit. Maxima autem culpa in ijs est , qui & veritatem aspernantur , & in fraudem obsequio impelluntur , quod illi potissimum faciunt , qui ipsi sibi assentantur , & se maxime ipsi delectat . Omnino est amans sui virtus : optimè enim se ipsa novit , quamq; amabilis sit , intelligit . Ego autē non de virtute nunc loquor , sed de virtutis opinione . Virtute enim ipsa nō tam multi praediti esse , quam videri volunt . Hos delectat assentatio :

Obse-
quiū
fraudu-
centum.

L 2 his

his fictus ad ipsorum voluntatem sermo, quem adhibetur, orationem illam vanam, testimonium esse laudum suarum patant. Nullum est igitur hoc obsequium, quem alter verum audire non vult, alter ad mentiendum parvus est.

Verae-
pernan-
sis salus
ae spe-
randa.

Cujus autem aures, ita clausæ veritati sunt, ut verum audire nequeat, hujus salus desperanda est.

De auctoritate retinenda:
Et vitandis pravis ani-

mi

mi affectibus , quibus
haec minuitur.

CAP. XVII.

CONSTANTIA est
adhibenda , & gravi-
tas, quæ resistat non solum
gratiæ, verum etiam suspi-
cionis.

Sapiens etiam imitan-
dus prætor , qui offendio-
nem vitat æquabilitate de-
cernendi , benevolentiam
adjungit lenitate audien-
di, & in satisfaciendo dili-
gentia.

In summa, ea sit guber-
nandis ratio & vita, in qua

Cautio-
nes uti-
les, &
necessa-
ria ad
dignita-
tem, au-
teriorita-
temque
retinen-
dam.

I.

II.

III.

non resideat inertiae, aut levitatis ulla suspicio.

IV.

Nunquam omnino committendum est, ut imbellis timidusque videare.

V.

Si quid metuendam accidit, dissimula: praesenti animo utere, & consilio, nec a ratione discede, quod fecit nostra res publica cum sepe alias, tum maxime bello Punico secundo: quæ Cannensi calamitate accepta majores animos haboit, quam unquam rebus secundis: Nulla timoris significatio, nulla menio pacis.

Neque, enim decet, au-

con-

*Et Ant-
vers ex
consilio
ex pru-
dentia
Marni-
sij.*

convenit principi pericu-
lo, ulli submittere animū.

Quemadmodum scalarum gradus, si alios tollas,
alios incidas, non nullos
malè cohærentes relin-
quas, ruinæ periculum
struas, non ascensum pa-
res: Ita si in acerbis casibus
reip. ipsam reliqueris dis-
solutam, nec te ostenderis
in confirmanda tuorum
salute, aut periculum mo-
rando fortē, perniciem
accelerabis, non reparabis
quaꝝ dilapsa sunt.

Quæ consilio provideri
poterunt, cave: atq; perfice
ut minus sapienter pro-

VI.

L 4 visa,

Pompeii
errares
olto.

visa, diligentia tua corrigan-
tur. Vidi Pompejum
XIV. calendas Februarias
plenum formidinis : illo i-
pso die sensi, quid ageret :
nunquam mihi postea pla-
cuit, nec unquam aliud in
alio peccare destitut, non
animus erat, non cōsilium
non copiæ, non diligen-
tia. Mittto illam fugam ab
urbe turpissimam, timidas
in oppido conciones, i-
gnorationem non solum
adversarij, sed etiam sua-
rum copiarum. Quid que-
ris ? Nihil boni præter
causam, causam solam Cæ-
sar is causa non habuit: cæ-

teris

risque rebus abundavit,
vigilantia, celeritate, dili-
gentia: qua si usi essent
nostris, temp. recuperasse-
mus.

Vt in hoc gradu posi-
tum, animo esse nolim fra-
cto rebus in asperis, si nec
communem naturæ sen-
sum repudiante, hanc enim
animi duritiam, sicut cor-
poris, quod cum uritur,
non sentit, stuporem po-
tius, quam virtutem puta-
rim.

Fugiendum etiam illud,
ne proiectat, & offerat se
periculus sine causa: quo
nihil potest esse stultius.

Animi
tristia vi-
tia inde-
cora
valde
principi.

I.

II.

III.

i. offici-
or. Pot.
17.

L 5 Glx

Gloriam in morte de-
bent principes, non culpæ
reprehensionem, & stulti-
tiae vituperationem relin-
quere.

Planeus
pro-
prie-
tatis ad
imitan-
dum.

Laudanda Planci sapien-
tia, qui per hanc temerita-
tem labi noluit, duobus
enim exercitibus conjun-
ctis, objicere exercitum fi-
delissimum, maximæ auxi-
lia, principes Galliæ, pro-
vinciam cunctam, summae
demeniæ, & temeritatis
esse vidit: sibi que, si ita op-
pressus esset, remque pub-
secutum perdidisset, mortuo
non modo honorem, sed

mise-

misericordiam quoq; de-
futuram.

Boni luxerant mortem
Trebonij. At faere tamen,
qui dicebant (duri illi qui-
dem, sed tamen dicebant)
minus dolendum, quod
ab homine impuro, nefas-
tioque non caverit.

Mors
Trebo-
nis cur
non do-
lenda?

Quæ ad se, & principa-
rum tuendum, facere, at
parata habere princeps
debeat.

CAP. XVIII.

Qui

Rex A-
riobar-
zanes
Cicer-
nis con-
flio ser-
vatus

Decre-
tum se-
natus
Rom.
singula-
ris.

Q V i multorum custo-
dem se proficitur, eum
sapientes sui primum ca-
pitis ajunt custodem esse
oportere: ut sui me mo-
nitore fuerat rex Ariobar-
zanes.

Nam quum senatus au-
toritas intercessisset, ut
ejus regis salutem & inco-
lumitatem defendenderem;
regi regnoque praesidio
esset: adjunxitque sa-
lu:em ejus regis populo
senatuque magnas curas
esse, quod nullo unquam
de rege decretum esset à
nostro ordine: judicium
senatus ad eum detuli, &
pate-

patefactis insidijs, quas vi-
tæ illius & regno fieri in-
telligebant, monuit regem,
ut omnem diligentiam ad
se conservandum adhibe-
ret: amicosque j. m patris
eius judicio probatos hor-
tatus sum, regis sui vitam,
docti casu acerbissimo pa-
tris eius, omni cura custo-
diaque defraderent: illum
etiam cohortatus sum, ut
*in sua vita conservanda pri-
mum regnare disceret:* à
quibus perspexisset sibi in-
fidias paratas, in eos ute-
retur jure regio: pœna af-
ficeret eos, quos nec esse
esset: reliquos metu libe-

M

raret.

raret : præsidio exercitus
mei ad eorum, qui in cul-
pa essent, timorem potius;
quam ad contentionem ut-
teretur : sic ego eam præ-
sentibus insidijs liberavi:
neque solam ei saluti fui;
sed etiam curavi, ut cum
auctoritate regnaret.

*Subdi-
torum
cautio.*

Principis cautio, subditorum cautio est. ex uniuerso ple-
rumq; vita pendet salus o-
mnium.

*Prin-
ceps im-
paratus
ab ar-
mis esse
non de-
bet.*

Nihil est magis necessa-
rium, quam parati habere
semper arma, quibus vel
ipse tectus esse possis, vel
provocare improbos, vel
te ulcisci lacesitus : item

orna-

ornatas habere naves in
provincijs, quæ exitus un-
dique habent maritimos.
Siquidem in ijs navalis
apparatus, & mari pluri-
mum posse, cura debet esse
antiquissima, consilio The-
mistrocleo: quo qui mare
teneat, terum potiri posse
existimatur.

Immo hoc amplius, exi-
stimo in regione atq; pro-
vincia, quæ mari cincta,
portibus distincta, insulis
circundata est, non solùm
præsidij, sed etiam ornan-
di imperii causa navigan-
dum esse. haec enim ratio,
ac magnitudo animorum

Appa-
ratus
navalis
quibus
provin-
cia ne-
cessarij.

n majoribus nostris fuit,
ut, cum in privatis rebus,
usque sump̄ibus mini-
no contenti, tenuissimo
cultu viverent in imperio,
sq; in publica dignitate, o-
mnia ad gloriam, splendo-
remq; revocarent. quæcūr
enim in re domēstica con-
ridentiæ laus: in publica
dignitatis.

*De otiosis ad laborem tra-
ducendis: ut omnes sibi
sint & statui utiles in-
ertes, aut turbulentii
nulli.*

Cap.

C A P . X I X .

S I uspiam agri fuerint *Dedu-*
deserti à plebe, atque à etio uti-
cultura hominum, fiat in in reip.
eos deductio, ut sentinæ
provinciarum orbiumque
exhauiantur, & solitudo
frequentetur: idque sine
injuria veterum possessio-
rum; ut non alios demo-
vissse, sed utrosque consti-
tuisse videare.

Omnis tenenda ratio,
qua ab otio traducantur
animi ad hom. stas & utilles
v tæ artes, studia, labores.
Id varie fieri: primo si vel-
ut certamine quædam cō-

4. Po-
nuntur
modi;
quibus
ab ocio
ad labo-
res tra-
ducen-

cur cl.
res.

I.

Premia
consti-
tuenda
excel-
lenti.

II.
Publica
discipli-
na.

Juve-
num
corpora
labore
firmata,
Greco-
ram le-
gibus.

Situantur in singulis, & ijs
præmia, qui cæteris præ-
stiterint. Quæ enim rara &
ardua sunt, ea ex præmia
pulchra & jucunda homi-
nibus videri solent.

Magnam etiam habet
vix reip. disciplina. Cre-
tum leges. itemque Lycur-
gi, laboribus erudiant ju-
ventutem, venando, cur-
rendo, esuriendo, sitiendo,
algendo, æstuando. Illi
enim, qui Græciæ formam
rerum publicarum dede-
runt, corpora juvenum sic
mari labore voluerunt:
quod Spartiatæ etiam in
fœminas transtulerunt, quæ

cæte-

cæteris in urbibus, mollissimo cœlu parietum umbris occuluntur : illi autem voluerunt nihil horū simile esse apud Lacēnas virgines: quibus magis palæstra, Eurotas, sol, pulvis, labor, militia studio est quam fertilitas barbara.

Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant, è quibus unus, cum Perses hostis in colloquio dixisset glorians, solem præ jaculatorum multitudine & sagittarum non videbitis: In umbra igitur, inquit, pugnabimus. Viros commemorabo, qualis tandem

Lacēna
virgi-
nes.

Respē-
sum
Spanis-
te,

*Licene
respon-
sum.*

Lacæna? quæ cùm filium
in prælium m̄ fuisse, & in-
terfectum audisset: Iccir-
o, inquit, genueram, ut es-
set, qui p̄ o patria, morti-
non dubitaret occumbe-
re.

*Exerci-
tus Rom.*

Esto : fortis & duri-
Spartiatæ, quid Romani?
nostrī exercitus primū m̄
inde nomē habent, vides;
deinde qui labor, quantus
agminis : ferre plus dimi-
liati mensis cibaria : ferre,
si quid ad usum velint: fer-
re vallum . Nam scutum,
gladium, ḡleam in onere
nostrī milites non plus
numerant, quam hame-
ros,

*Milites
Rom.*

ros, lacerros, manus : arma
enim, membra militis esse
dicunt: quæ quidem ita ge-
runtur aptè, ut si vfas fo-
ret, abiectis oneribus, ex-
peditis armis, ut membris,
pugnare possint. Quid ex-
ercitatio legionum? Cur
tantum interest inter no-
vū & veterem exercitum?
ætas tironum plerumque
melior: sed ferre la-
borem, contemnere vul-
nus consuetudo docet.
Quinetiam est intempe-
rans militaris in forti viro
gloria.

Omnino clari & nobili-
tati labores sunt faciles.

*Exerci-
tatio le-
gionum,*

3.
Gloria.

Quæ

4.
Hono-
res?
Quid
non de-
signat
honos?

Xeno-
phon le-
gendus.

Quæ flamma est, per
 quam non currant iij, qui
 honores ambient? Itaque
 semper Africanus Socrati-
 cum Xenophontem in
 manibus habebat. Cujus in
 primis illud laudabat,
 quod diceret eosdem labo-
 res non esse æquè graves
 imperatori & militi: quod
 ipse honos laborem levio-
 rem faceret imperatorum.

Multas ad res perutiles
 Xenophontis libri sunt:
 quos legere quo studiose:
 quam copiosè ab eo agri-
 cultura laudatur in eo li-
 bro, qui est de tuenda re fa-

militari,

miliari, qui Oeconomicus
inscribitur: atque ut intel-
ligas nihil ei tam regale
videri, quam studium agri
stud.
colendi, Socrates in eo li-
um re-
bro loquitur cum Crito:
gate.
bulo, Cyrum minorem,
Persarum regem, præstan-
tem ingenio; atque impe-
rij gloria; quum Lysander
Lacedæmoni⁹ vir summæ
virtutis venisset ad eum
Sardis, ei que dona à sociis
attalisset: & cæteris in re-
bus cornēt erga Lysan-
drum; atq; humanum fu-
isse: & ei quendam con-
septum agrum, diligen-
ter consitum ostendisse.

quum

quum autem admiraretur
 Lysander, & proceritates
 arborum. Sed rectos in quin-
 cuncem ordines, & hu-
 manum subactam atq; puram
 & suavitatem odorum, qui
 astillarentur e floribus: tum
 eum dixisse, mirari se non
 modò diligentiam, sed eii-
 am solertia eius, à quo es-
 sent illa dura ensa, atque de-
 scripta: & ei Cyrum respó-
 disse, at qui ego omnia ista
 sum dimensus, mei sunt or-
 dinis mea descriptio, mul-
 tæ etiam istarum arborum
 mea manu sunt satæ. Tam
 Lysandrum intuentem
 purpuram ejus & nitorem
 corporis, ornatumq; Per-

Ager
a Cyro
dimen-
sus, &
consensu.

ficum

sicum in alio auro, multis
que gemmis dixisse: Re-
cte vero te, Cyre, beatum
ferunt, quoniam virtuti tuae
fortuna conjuncta est.

*De virtutibus, quae animos
principi consiliant: &
vitios, quae alienant.*

CAP. XX.

VACANDUM est omni tran-
perturbatione, ut tranquillitas adsit, & securitas, quilitas-
quæ afferat tum constantiam, is bona
tum etiam dignita-

Non tem;

tem; nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placibilitate, atq; clemētia.

Difficile etiam dictu est,
quantopere conciliet animos comitas affabilitas
que sermonis. Extant epistolæ &c Philippi ad Alexan-
drum, & Antipatri ad Cassandrum, & Antigoni
ad Philippum, trium prud-
entissimorum (sic enim
accepimus) quibus præ-
cipiunt, ut oratione beni-
gra multitudinis animos
ad benevolentiam allici-
ant, militesque blandè ap-

pel-

Affabi-
litas ser-
monis
de sermo-
nem iam
concilias

pellando, sermone deliniant.

O Dij immortales! quam
magnum est personam in
rep. tueri principis! quæ
non animis solum debet,
sed etiam oculis & auribus
servire civium: ne aspera
videatur natura, difficilis
aditus, severior vultus, su-
perba responsa, insolens
vita.

Exercenda est facilitas,
& altitudo animi, quæ di-
citur: ne si irascaris, aut in-
tempostivè accedentibus,
aut impudenter roganti-
bus, in morositate in inati-
lem, & odiosam incidas:

Res ma-
gnaper-
sonam
tueri
princ-
pis.

Malici-
rasun-
dia.

atque vincaris artificio
benevolentiae colligendae
ab ijs, qui neque Cyrus
Xenophontis, neque Age-
silaum neverunt : quorum
regum summo in imperio
nemo unquam verbum
ullum asperius audivit.
quod contra sit a barba-
ris : quorum sunt haec im-
peria, animadverte, & di-
cto pare : & praeter roga-
tum si loquarte : & illæ mi-
næ, si te secundo lumine
hic offendero, moriere :
quæ non , ut deletemur
solum legere & spectare
debemus, sed cavere et-
iam, & fugere discamus.

Nulla

Nullæ sint vehementiores animi concitationes: nulla maledicta, nullæ contumeliae: quæ cum abhorrent ab humanitate, tum vero contraria sunt imperio & dignitati. Nam si implacabiles sunt iracundiae, summa est acerbitas, sin autem exorabiles, summa levitas, quæ tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda est. Quid Achille Homericō fœdius? quid Agammemnone in jurgio? Nam Ajacem quidem ita ad furorem mortemque perduxit. Alexander rex cum interemisset Clitum

N 3 fami-

familiarem suam, vix a se
a manus abstinuit; tanta vis
fuit pœnitendi.

Nihil est tam deformis,
quam ad summum impe-
rium etiam acerbitatem
naturæ adjungere. Nec
quicquam incendit magis
edia, offensionesque ho-
morum, quam ad injurias
omnia coquare. Habet
enim quendam aculeum
contumelia, quæ pati pru-
dentes, ac viri boni diffi-
cillime possunt, nedum
factiosi, aut insolentes, ani-
mo mobili, & elato.

Contu-
melia
aculei
pernici-
os.

Prin-

Principis curæ, officia, stu-
dia qualia sint : & in
quibus posita.

CAP. XXI.

OMNINO qui præfu-
turi sunt, duo Platonis
præcepta teneant, unum,
ut utilitatem civium sic tu-
eantur, ut quidquid agant,
ad eam referant, obliti
commodorum suorum:
alterum, ut totum corpus
regnicarent, ne dum arte
aliquam traentur, reliquas
deserant. Qui autem par-
ti civium consulunt,

Plato-
nis præ-
cepta
dua.
1. Offic.

N 4 par-

partem negligunt, rem
pernicioſiſimā inducunt,
discordiam.

Hinc non ſolum Sediti-
ones, ſed bestifera etiam
bella civilia quae gravis &
dignas principiuſu fugiet,
atque oderit, trahetque ſe-
otam, ut omnibus conſu-
lat, imprimisque operam
dabit, ut juris, & judicio-
rum æquitate ſuum quif-
ſue teneat, & neque tenui-
ores propter humilitatem
circumveniantur: neque
locupletibū ad ſua, vel te-
nenda, vel recuperanda
obſit invidia.

Ac mihi quidem viden-
tur

Juris &
judicio-
rum &
equitas.

tur omnia esse ab ijs, refe-
renda, qui præsunt alijs, ut
ij, qui eorum in imperio e-
runt, sint quam beatissimi:
nullæ sint seditiones, nul-
læ discordiæ tollantur la-
trocinia, cædes repriman-
tur: removeatur à fama,
& à fortanis, & ab otio
locupletiū illa acerbissi-
ma ministra avaritiæ, ca-
lumnia, curandum, ut som-
ptus, & tribula, ab omni-
bus toleretur & quabiliter
ne sit æs alienū, quod reip.
noceat, providendum: fa-
cillimi sint aditus ad te, pa-
teant aures tuæ quereli-
omnium: nullius inopia.

Quæ re-
feren-
de ag-
Eliones
princi-
pum.
Cura-
rum stu-
diorum
que ra-
ria po-
nuntur
genera.

N s ac

ac solitudo, non modo ul-
la populari accessu, sed ne-
dono quidem tua sit ex-
clusa: toto denique in im-
perio nihil acerbum sit, nihil
crudele, atque omnia plena
clementia, mansuetudinis.
humanitatis.

Eam legem tibi statue,
ut quocunq; veneris, lux
venisse, & salus videatur:
& non te unum, sed omnes
ministros imperij tui, præ-
stare videare. Quid autem
reperiri tam eximium, aut
tam expetendum potest,
quam non itineribus tuis
perterreri homines, non
sumpto exhaustiri, non ad-

ven-

ventu cōmoueri: esse quo-
cūq; veneris & publicē;
& privatim, maximām lē-
titiam: cum urbs custo-
dem, nōn tyrannum, do-
mus hospitem, nōn expi-
latorē recepisse videatur.

Hic ri-
de VVos
nerium
in pue-
gyr. ad
Christi.
Dan.
Regem.

Septem, à quibus principis
et principatus ruina,
aut salus proficiuntur,
atque pendet.

CAP. XXII.

ERUM autem om-
nium nec aptius est
quic-

I.
Bene-
volētia.

II.
metus.
III.
odium.

quicquam ad imperia tuenda, ac tenetida; quām diligi: nec alienius, quām timeri. Præclarè enim Ennius quem metuunt, oderunt: quem quisque odit, perisse expedit.

Multorum autem odijs nullas opes posse ob sistere, si antea fuit ignotum, huper est cognitum, Malus enim est custos diuinitatis, metus: contraquæ benevolentia fidelis, vel ad perpetuitatem. & verò, qui metui volunt, Dionysius tyrannus iudicavit quā sint beati, nam eum quidam ex eius assentatoribus

co*ta*

commeinoraret in sermo-
tie copias ejus , opes ma-
jestatem dominatus , re-
rum abundantiam , magni-
ficentiam ædium regiarū ,
negareretq; unquam beati-
orem quetquam fuisse :
visne igitur , itaquit , ô Da-
mocle , quoniam hæc de
vita delectat ; ipse eandem
degustare , & fortunam
experiri meam ? cum se il-
le capere dixisset : collo-
cari jussit hominem in au-
reto lecto , strato pulcher-
timo textili stragulo , ma-
gnificis operibus picto :
abacosque , complures or-
navit argento , auroque

Vita &
fortunæ
Diony-
sii egræ-
giæ ex-
pressa.

O cœla.

cælato, tum ad mensam eximia forma pueros delectos jussit consistere, eosq; ad nutum illius intuenteis diligenter ministrare; aderant ungventa, coronæ, incendebatur odores; mæsa conquicissimis epulis exstructoantur, fortunatus sibi Damocles videbatur. in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti jussit ut impenderet illius beati cervicibus. Itaq; nec pulchros illos administratores aspiriebat, nec plenum artis argentum, nec manu-

por-

porrigebat in mensam; jam
ipse defluxerant coronæ
denique exoravit tyran-
num, ut abire licet, quod
jam beatus nolle esse. Sa-
tisné videtur declarasse
Dionysius nihil esse ei bea-
tum, cui semper aliquis ter-
ror impendeat? Atque ei
ne integrum quidem erat,
ut ad justitiam re^migrar-
et, civibusque libertatem
& jura redderet. ijs enim
adolescens improvida æ-
tate irretierat erratis, eaq;
commiserat, ut salvus esse
non posset, si sanus esse
cœpisset. Omni cultu &
victu humano carebat:

O z vive-

vivebat cum fugitivis ,
cum facinorosis, cum bar-
baris : neminem , qui aut
libertate dignus esset aut
vellet omnino liber esse ,
sibi amicum arbitrabatur :
omnes metuebat.

Etenim qui se metui vo-
lent, à quibus metuuntur ,
eosdem metuant ipsi ne-
cessse est. nec verò ulla vis
imperij tanta est, quæ præ-
nente metu possit esse di-
uturna. Testes nos ipsi, qui
vexatis & perditis exteris
nationibus , bellis plecti-
mur civilibus. ex quo pa-
rietes modò urbis stant, &
manent, iisque ipsi jam ex-

*Exitij
geip.
Rom.
causa.*

trema

trema scelera metuentes,
rem verò publicam peni-
tus amissimus: atq; in has
clades incidimus, dum
metui, quām cari esse, &
diligi maluimus.

Nihil verò est ad diu-
turnitatem aptius, quām
providere, ne imperantis
dignitas violetur, ne nomē
imperij in commune odi-
um vocetur. Grave enim
est nomen imperij: atq; id
etiam in levi persona per-
petratur, propterea,
quod missi euro imperiis
mittentium, non suo no-
mine abutuntur: & suas

*Provi-
siones a-
pro ad
dictur
nitatem
imperij.*

IV.

*Existi-
matio.*

V.

*Missi
cum im-
perijs.*

sordes

sotdes cum istorum splen-
dore permiscent.

*Quomo-
do de-
bent mi-
nistri
princi-
pum sua
exequi
officia,
et se ge-
rere.*

Sit is , cui potestatem
permiseris , non suæ , sed
tuæ lenitatis minister; ma-
joraq; præferant fastes illi
ac secures dignitatis insi-
gnia, quam potestatis.

Toti sit imperio cogni-
tum tibi omnium salutem,
liberos , famam , fortunas,
esse carissimas,

Denique hæc opinio sit,
non iis modo , qui aliquid
eupiter acceperint , sed iis
etiam qui dederint , teini-
micum , si id cognoveris
faturum. Neq; verò quis-
quam dabit , cùm erit hoc

per

perspectum ministros imperii atq; magistratus , ita laborare de existimatione sua, ut ista lex non perfringatur, Vnde ne faciunto : donū ne capiunzo, né ve danto, né ve petenda, né ve gerenda, né ve gesta potestate : nec te posse ferre , ut quisquam ea vel potestate , quam tu ad dignitatem permiseris , vel officio , quod in beneficio loco detuleris , vel cura, quam laboris munerisque ratione dederis , ad quem abutatur : propterea nihil injurium , aut ad famam sordidum , per eos qui simulant apud te mul-

VI.

Ministre

VII.

Magistratus.

tum posse, abs te solere impetrari. Nec tamen est haec oratio mea hujusmodi, ut te in tuos, aut durum esse nimium, aut suspiciosum velim, sed in credendo cautum, ac diligentem in observando, ut quæ pararint, bene parta sint, nullo neq; turpi quæstu, neque odioso: & magis liberalitate utantur tua, quam sua libertate.

Neque sane placeat, præsertim cum hi mores tantum jam ad nimiam levitatem & ambitionem incubuerint, scrutari omnes fordes, excutere unum-

quem-

quemq; eorum : sed iis, qui
& omnes vias pecuniae se-
quentur, & omnia petu-
niæ causa faciunt, nihil
credere.

Pragmatici homines o-
mnibus historiis, præce-
ptis, versibus deniq; cave-
re jubent, & vident creden-
te: statimque, ut quisq; a-
liquid recte fecerit, omnia
dare & permittere.

Cautio-
nes due
Prag-
matico-
rum,

Fræsidia IV. quibus Prin-
ceps se & principatum
firmare debet.

O S C A P.

CAP. XXIII.

I.
Lectissi-
mi ad
publica
munera,
et hono-
res ab i-
psorum
principe pro-
venien-
di.

NIHI tua magis in-
teresse puta, quam le-
ctissimorum hominum, qui
in aliquo genere laudis &
industriæ excellunt, nomi-
nare tenere, ingenia nosse,
studia ad eos & populi
utilitates allicere, & exci-
tare: ad honores vocan-
do & munera, tuo delectos
judicio & uni tibi, à quo
illa proficisci debebunt, a-
strictos: ut habeas undi-
que prote exubantes, ac
vel isti in praesidiis colloca-
tos ne quid lacerat, ne quid
offendat.

Ad

Ad tenendum etiam
tranquille in tuos imperi-
um, caput est; providere,
ut non modo qui summis
augentur honoribus, im-
perijs, potestatibus, sed et
iam qui praesidiis, ac pro-
pugnaculis praesunt, ex re-
uio pendeant; idq; in ar-
canis habendum est impe-
rij; ut occasiōnibas occur-
ras, spes frangas, ambitio-
nem prævertas eorum, qui
violentas opes, ac poten-
tiam non ferendā h spera-
bunt; aut concupiscēnt.

Obeundæ statis sunt té-
poribus provinciæ, ut in-
firiae, libidines, conatus-

II.

Qui in
imperio
pluri-
mum
possunt,
a prince-
pe solo
pendeant.

III.

Obeun-
de pro-
vincie

que

Ratiō
tempo-
ribus.

Remo-
tiora
cur dili-
gentius
obje-
randa.

que nefarii comprimantur : ac ijs reip. partibus, quę maximè laborant, medicina afferatur tempestiva, & morbo fortior. Quæ enim procul sunt à conspectu principis, studio curunda sunt majore, firmioribus munienda præfidiis, luminibus clarioribus illustranda : cum ante omnia commutari, quam audiiri possit. In sede varo imperii, in oculis principis, nihil ferè potest extere, quod non ante extingui atque opprimi potest, quam plane exortum ac natum sit. Neque tam

hic

hic facile à potentioribus
& ministris imperii tetru-
ores violantur, spoliantur
locupletes, quam in pro-
vinciis: in quibus vexati,
hoc sèpè jure sunt, ut iis
ne deplorare quidem de-
suis incommodis liceat.

Interea quoniam popu-
lus omnia commoda sua,
jura, salutem legibus obti-
net, cavendum ne à legi-
bus recedatur. Oportet
enim omnia lege, quasi
mente quadam regi, & ad-
ministrari: cum ut corpo-
ra nostra sine mente: sic
civitas sine lego, suis pa-

Incom-
moda
provin-
cialium.

IV.

A legi-
bus nois
discedere
dum.

P pat-

partibus, ut nervis, & san-
gvine, & membris uti non
potest.

*De prudentia in externis,
& erga exterorū cautiones 28.*

CAP. XXIV.

I. **A**GE verò, ne quæ do-
mi fiunt solam medi-
tere: exterorum status,
voluntates, vires, fœdera,
pactiones, & consilia sunt
cognoscenda.

II. In primis, cāvē ne la-
gitationibus ulli tuorum ab-
iis corrumpantur, fidem

pro-

prodant, & tua consilia ad illos deferant : ne socio- rum mentes à te avertan- tur : ne copiæ , quas simu- latione alio sibi compara- rint, subitò ad tua conver- tantur pericula.

Magni præterea refert scire, quid alij reges , quid nationes , quid hostes , quid socij de te, tuo impe- rio, statu, potentia existi- ment : cum soleant homi- nes, in tantiis rebus, ut, aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, o- pinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoveri.

Pz Co-

III.

IV.

V.

VI.

Colendæ summa benevolentia nationes officiis, veritate, fide, periculis, fœdere conjunctæ.

VII.

Non his modo serventur æqua, sed & aliis: ne quid exteris à cive fiat durum agreste, vel injurium: ne quā in re contra jus gentium peccetur.

Canibus quo sunt canum relinquantur; adulatio erga domesticos, & odium in externos.

Malè qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosq; exterminant: quoniā dirimunt communem humani generis societatem.

At

At ne utiquam ferendi,
qui speculandi causa ad-
veniunt, aut aliter declin-
nant ab officio: quod est
nihil praeter suum negoti-
um agere, nihil de alio ac-
quirere, mihi imēque in ali-
ena esse rep̄ curiosos.

Vitandae sunt inimici-
tiæ vicinorum, & posteri-
tatis otio consulendum.

Non conturbaveris ea,
in quibus ipsorum salus
est: ne aut impiam cupiditi-
atem contra salutem tuam
habeant: aut commo-
dis officiant tuorum.

Non sunt illa, quæ for-
sitan ne sentimus, parva:

P 3

quod

VIII.

LX.

X.

*Facit
commo-
da.*

quod in pace multò locu-
pletioribas civib⁹ utimur;
quod habent propinquas
remotasque regiones fru-
ctaosias, quod facile excur-
rant: ubi libenter nego-
cium gerant: quos illæ,
partim mercibus suppedi-
tandis cum quæstu, com-
pendioq; dimittunt, partim
ut negociari libeat; ut de-
niq; sedes ac domicilium
collocare: quod commo-
dum non mediocre popu-
li & principis est, tantum
civium numerum alibi,
tam bonis fructuosissq; re-
bus detineri.

Si

Si qua à tuis accepta est
offensio , inscientia , aut
perversitate fœderatorum
Ienem te præbe , ut viola-
ta expientur : & tua , quæ
sunt sanctissime conserva-
ta , suam religionem obti-
gneant .

Carandum , ut à pirati-
mare sit liberum , navi-
tibus tamen : propugna-
la imperii , & præsidia pro-
vinciarum firma : classes
ornatae : mercatores , & a-
gricolae , non modo à cala-
mitate , sed etiam à metu
calamitatis defendantur .

Nam in cæteris rebus ,
cùm venit calamitas , tunc

XL

XII.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

detrimentum accipitur sicut
in cultara agrorum, & in
vestigalibus, non solùm
adventus mali, sed etiam
metus ipse affert calamita-
rem. Siquidem, cum ho-
stium copiae non longè
absunt, etiam si nulla irru-
ptio facta sit, tamen peco-
ra relinquauntur, agricultu-
ra desertur, mercatorum
navigatio conquiescit.
Quare sëpe totius anni
fructus uno rumore peri-
culi, atque uno belli timo-
re amittitur.

XVII Non permittendum, ut
apud exteros fiant injuriæ
negociantibus : quorum
per

per se res, & fortunæ curæ
esse debent: & multorum
civium calamitas à rep.
sejuneta esse non potest.
Non possunt enim una in
civitate, provincia, aut re-
gno multi rem atq; fortu-
nas amittere, ut non plu-
res secum in eandem cala-
mitatem trahant.

Ab hoc periculo pro-
hibenda est resp. & omni
studio incumbendum, in
qua vel gloria tui nomi-
nis & imperij, vel salus so-
ciorum, vel fortunæ pluri-
morum civium cum rep.
conservantur, defendan-
tur, augentur.

Porro nihil est tam regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, dare salutem; liberare periculis. Cetsi difficilis sit cura retraim alienarum. Idq; etiam perutile, & opportunum est ad potiusdum, si quid expectas. Nihil in discrimine nimium videbitur. Sed non satis verbis cum cavere. Quia diligenterius homines metuant, quam meminerint. & nescio quomodo facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperiuntur.

Si vero ex fœdere auxiliaria petantur, prætermitti fœdera defensio, deserique officium non potest: fœdus si quidem sacrosanctum est; imperium gloria debet fultum esse, & benevolentia sociorum. Quare propter socios nulla ipsi injuria lacessiti majores nostri cum Antiochœ, cum Philippo, cum Ætolis, cum Pœnis bella gesserunt, Tibi vero nihil ad existimatione esset turpius, quam si tu, qui alienissimis a te, saluti existimaretis fuisse, sociis auxilium ferre non posse.

Si

XX.
Cantio-
nes due
contra
extero-
rum ar-
ma.

1.
 2.

XXI.

Si præsidia tuis pericu-
 lis fuerint ab exteris quæ-
 renda , non committe, ut
 eorum beneficio potius,
 quam tua virtute , poten-
 tiaque tui salvi esse pos-
 sint, aut videantur.

Est valdè cavendum, ne
 inter aliena vitia, vel auxi-
 liarii milites, vel inimicæ
 gentes tuorum mala suam
 putent occasionem: ut no-
 ster populus, qui sociis de-
 fendendis terrarum iam
 omnium potitus est : & vi-
 etor dedit, ac detraxit re-
 gibus, atque sociis , quod
 voluit.

Omn-

Omnino principis est
maximè conservare jura
belli: nam cum sint duo
genera decertandi; unum
per disceptationem, alterum
per vim: quumque illud
proprium sit hominis, hoc
belluarum: confugiendam
est ad posterius, si uti non
licet superiore.

Quare suscipienda qui-
dem bella sunt ob ea cau-
sa m, ut sine injuria in pácē
vivatur: partā autem vi-
ctoriā conservandi sunt ii;
qui non crudeles in bello,
nec immanes fuerunt. Et
cūn iis, quos vi deviceris,
consulendum est: tūm iij

*De jure
belli.*

xxii.

xxiii.

xxiv.

Q qui

qui armis positis ad imperatorum fidem confugiunt; quamvis murum aries percusserit, recipiendi. in quo tantoperè apud nos stros justitia culta est, ut iij, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recipiissent, earum patroci essent, more majorum, ac belli quidem æquitas sanctissime faciali populi Rō. iure perscripta est. ex quo intelligi potest, nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit, & indicum.

Bellum autem ita suscipia-

piatur, ut nihil aliud, nisi
pax quæsita videatur. suos
quisq; tueri debet. Major-
res enim nostri mercatori-
bus retentis vel injurio-
sius tractatis, bella gesse-
runt. Legati quod erant
appellati superbius, Co-
rinthum totius Græciæ lu-
men extinctum esse volu-
erunt. siquidem existima-
runt legatos senatus faci-
em secum afferre, aucto-
ritatem populi, eorumq;
jus, cum hominum præsi-
dio munitum esse, tum et-
iam divino jure vallatum.

De evertendis autem
diripiendisq; urbibus, val-

xxvi.

xxvii.

xxviii.

dè illud considerandum
est , ne quid temerè , ne
quid crudeliter : nisi fortè
in immanes , ut in Poenos
& Numantinos nostri: qui
Carthaginem & Numantia-
m funditus sustulerunt.
nolle Corinthum : sed
credo aliquid secutos , op-
portunitatem loci maxi-
mè , ne posset aliquando
ad bellum faciendum lo-
cus ipse adhortari.

Fides
servan-
da.

Fides servanda diligen-
tissimè : hanc autem , qui
violat , oppugnat omnium
commune præsidium : &
deceptos excitat , ut nova-
rum se necessitudinem fi-

delitatem

delitate contra veteram
persidiam muniendos pu-
tent: ipse notatur summa
persidiæ & sceleris infa-
mia.

Conclusio.

Iam verò cùm videas
hæc omnia, pacem exter-
nam, otium domesticum,
salutem universorum, &
cætera, quæ mortalibus
chara, atque ampla sunt,
in tutelam, atque patroci-
nium tui principatus esse
collata: intellige te in hac
custodia inquam in spe-
cula collocatum esse, ut

Prin-
ceps tu-
tor, &
patro-
nus sub-
ditorum

caum omni metu , atque
nalo , populum tua vigi-
lia & prospicientia reddas;
tuum esse pro salute com-
modisqae omnium , pro
universo imperio vigilare:
erecto animo , intentis
oculis omnes reip. partes
intueri : in omnibus rebus,
quas statues , quas decer-
nes , quas ages , quid tantis
hominum opinionibus ,
tantis de te judiciis , tantis
honoribus debeas , cogi-
tare.

F I N I S.

IN-



INDEX.
CAPITUM.

Cap. I.

DE excellentia
principatus, &
imperij: causa,
atque origine vita civilis,
juris, rerump. civitatum,
urbium.

Cap. II.

De præstantia regalis
imperij: causa, & origine
regum, atque legum.

Q 4

Cap.

Cap. III.

De difficultate regnandi : fundamentis, & artibus reip. & imperij.

Cap. IV.

De principis officio in genere: quais scire, prestatre, cogitare debeat.

Cap. V.

De prudentia tenenda in deliberationibus, consiliis, & actionibus.

Cap. VI.

De prudentia tenenda in malis præcavendis: & incidentis motuū princi-

piis,

*P*iis, mediis, & reliquis.

Cap. VII.

De cautionibus adhibendis, in variis motuum, & seditionum causis.

Cap. VIII.

De condescentia à principe tenenda: & ejus octo administris: quibus felix, & Augustus redditur princeps, atque principatus.

Cap. IX.

De imperij moderacione: & rationis usu principibus convenienter, à barbaris neglecto,

Q 5

Cap.

Cap. X.

*De principum moribus :
ut exemplo nocent , aut
profunt.*

Cap. XI.

*Ut preparatio necessa-
riorum , lenitas , & conti-
nentia servant : negligen-
tia, acerbitas, & avaritia
evertunt imperantem , &
imperium.*

Cap. XII.

*De liberalitate conve-
niente principi.*

Cap. XIII.

De premiis & pœnis.

Cap.

Cap. XIV.

*De principis prudentia
moderanda temporum, re-
rum, & personarum ra-
tione: & positæ de his tri-
bus variæ cautiones, atque
regulae.*

Cap. XV.

*De principis annulo, se-
natu, senatoribus, & con-
silio.*

Cap. XVI.

*De assentatoribus vi-
tandis.*

Cap. XVII.

*De auctoritate retinen-
da:*

da: & vitandis pravis a-
nimi affectibus, quibus
hec minuitur.

Cap. XVIII.

Quae ad se & principa-
tum tuendum, facere, ac
parata habere princeps de-
beat.

Cap. XIX.

De otiosis ad laborem
traducendis: ut omnes si-
bi sint & statui utiles:
inertes, aut turbulenti
nulli.

Cap. XX.

De virtutibus, que anti-

mos

*mos principi conciliant: &
vitiis, que alienant.*

Cap. XXI.

*Principis cure, officia,
studia qualia sint: & in
qnibus posita.*

Cap. XXII.

*Septem, à qnibus prin-
cipis, & principatus rui-
na, aut salus proficiscitur,
atque pendet.*

Cap. XXIII.

*Praesidia quatuor, qui-
bus princeps se, & princi-
patum firmare debet.*

R

Cap.

Cap. XXIV.

*De prudentia in exter-
nis, & erga exterros. cau-
tiones 28.*



LIPSIAE
Excudebat LAUREN-
TIUS COBER.

ANNO CIRC CCCC XV.

Lf 205



X2612427

Von
✓ M

